
UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 01096990 5

P. TERENTII AFRI COMOEDIAE SEX.

TEXTUM
AD FIDEM CODICIS HALENSIS ANTIQUISSIMI
CRITICIS NONDUM COGNITI
EDIDIT,
ARIAM EDITIONUM LECTIONEM
ANNOTAVIT,
SCHOLIA A VULGATIS DIVERSA
EX EODEM CODICE DESCRIPSIT
ET
CEL. RUHNKENII
DICTATA IN TERENTIUM
NECDUM TYPIS IMPRESSA
ADIECIT

D. PAULUS IACOBUS BRUNS
PHILOSOPHIAE PROFESSOR P. O.
IN ACADEMIA HALENSI.

TOMUS II.
ADELPHI. HECYRA. PHORMIO.

HALAE
IN LIBRARIA RENGERIANA
MDCCCXI.



ADELPHI.

INCIPIT ADELPHE ACTA LUDIS FUNEBRIBUS Q. FABII MAXIMI, P. CORNEL. AFRIC. AEMILII PAULI AEDILIUM CURUL. QUOS FECERE L. ATIL. PRAENESTIN. MINUC. PROTHIM. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDITIBIIS SARRANIS. FACTA GRAECA MENANDRI ANICIO M. CORNELIO CONSULIBUS.

Acta eſt iſta fabula Adelphe quam Terentius latine compoſuit poſt Menandrum ludis funebribus, quos exercebant in anniverſariis principum aut regum, quos inter heroas computabant Quinto Fabio, Maximo, Publio Cornelio Africano, Emilii Pauli S. filio aedilibus curulibus Romae, quos ſcilicet ludos fecerunt Lucilius Attilius Praeneſtinus, Minutius Prothimus. Modos fecit Flaccus clauditibiis Sarranis. Claudum ſicut iam diximus genus eſt tibiarum, inaequalibus fiſtulis compoſitum. Sarranae autem tibiae dicuntur a Sarrano auctore, qui illud genus adinvenit. Fabula autem Adelphe quam Terentius compoſuit per Menandrum recitata eſt Romae dum iſti ſupradicti aediles curules eſſent et dum ludi funebres agerentur. Graeca vero Menandri facta eſt Anicio, Marco Cornelio conſulibus.

PROLOGUS.

Poſtquam poeta. More ſuo in prologo malivolis reſpondet poetis, qui callide eius ſcripturas reprehendebant, et loquitur de ſe quaſi de alio.

Sinapothnes comedia eſt contes difili. Contes difilus grecus comedus fuit, qui compoſuit fabulam, quam appellavit ſinapothnes, quae latine ſonat commorientes, cuius fabulae partem ubi dicitur adoleſcens lenoni i. e. conſiliatori ſtupri tuliſſe, cum Plautus vetus comicus intactam dimiſiſſet nihil inde dicens, poeta Terentius, comedus videlicet novus eam partem ſibi ſumſit in Adelphos, h. e. in cauſam duorum fratrum. Adelphae etenim dicuntur gemini fratres, ſive generaliter fratres quicunque aliquo nomine cenſentur, et ſorores. Haec autem fabula idcirco Adelphe vocatur, quia cauſam duorum fratrum narrat Demeae et Micionis. Demea ſiquidem habuit duos filios, quorum alterum commendavit fratri ſuo Micioni ad nutriendum, qui morabatur in urbe et ſine uxore erat. Alterum autem retinuit ſibi, cum quo morabatur in rure. Dum ergo Micio, qui in urbe habitabat, laſciviae permitteret nepotem ſuum tendere, quoniam vita urbana ocioſa ſolet eſſe, redarguebat illum frater ſuus Demea. Caetera pleniter legendo videbuntur.

INCIPIT ARGUMENTUM. [1])

Duos cum haberet Demea adolefcentulos,
Dat Micioni fratri [2]) adoptandum Aefchinum
Sed Ctefiphonem retinet. hunc [3]) cythariftriae
Lepore captum fub duro ac trifti patre
Frater caelabat *) Aefchinus famamque
Amoris [4]) in fe transferebat; denique
Fidicinam lenoni eripuit. Vitiaverat
Idem Aefchinus civem Atticam pauperculam,
Fidemque dederat hanc fibi uxorem fore.
Demea iurgare, [5]) graviter ferre. [6]) Mox tamen
Ut veritas patefacta eft, ducit Aefchinus
A fe vitiatam civem Atticam virginem uxorem *)
Potitur Ctefipho cithariftria [7])
Exorato fuo patre duro Demea. [8])

1) *auctore C. Sulpitio Apollin. v. edit. Zeun. T.* II. *p.* 1. 2) fuo 3) Ctefiphonem *) *edit.* celebat *ex mendo typograph. pro* celabat. *Orthographia MS. per* ae *falfa eft.* 4) fraternum amorem 5) iurgabat 6) ferebat *) *Pro hoc verfu edit.* vitiatam 7) quam ei rapuerat frater 8) *Hic verfus deeft edit.*

PROLOGUS.

Postquam poeta sensit scripturam suam
Ab iniquis observari 9) et adversarios
Rapere [10]) in peiorem partem [10a]) quam [11]) acturi sumus.
Indicio de se ipse erit. Vos eritis iudices,
Laudin an vitio [12]) duci [13]) factum oporteat
Sinapothnes contes, difili *) comedia est
Eam commorientes [13a]) Plautus fecit fabulam.
In graeca [14]) adolescens est qui lenoni eripit *) [15])
Meretricem. In prima fabula, *) eum Plautus locum [16])
Reliquit integrum. [17]) eum hic locum sumsit sibi

9) deprehendi et insidiari 10) interpretari 10 a) fabulam illius 11) nos 12) an pro laude an pro vitio 13) decipi debebat *) *Edit.* Diphili 13 a) idem *scilicet significat* 14) fabula Diphili *) *edit.* eripuit 15) tollit *) *edit. iungit cum antecedentibus* 16) illam partem fabulae. Exaggeratio 17) in tantum (*lege* intactum).

PROLOGUS.

2. *iniquis*] i. e. inimicis in Heaut. prol. v. 27. *ne plus iniquum possit quam aequum oratio.* Cic. pro Planc. c. 23. *Se inique a tuis iactatum graviter querebatur.*

3. *rapere in periorem partem*] h. e. secus interpretari, reprehendere. Pollio Ciceroni ad Div. X. 33. *pium meum consilium raperent in contrariam partem.*

9. *in prima fabula*] i. e. in prima parte fabulae ut apud Plaut. in Cistell. V. 1. v. ult. *postrema comoedia* pro postrema parte comoediae. Sic *prima provincia* est prima pars provinciae Cic. ad Div. III. 6. contra *ultima* provincia est pars eius extrema. Cic. ad Attic. V. 16. *in ultimam provinciam se coniecit Tarsum usque* in Heaut. V. 1. 29. *ultimae aedes* pro postrema parte aedium. Eodem modo primus tumultus pro initio tumultus, extremus annus pro fine anni. v. Gronov. in lect. Plaut. 138. Schulting. ad Sen. suasor. III. p. 301.

In Adelphos, verbum de verbo expreſſum extulit [18]
Eam nos acturi ſumus novam. Pernoſcite [19]
Furtumne factum [20] exiſtimetis, an [21] locum [22]
Reprehenſum [23] qui praeteritus neglegentia eſt.
Nam quod iſti dicunt malevoli, homines nobiles
Eum [24] adiutare [25] aſſidueque una [26] ſcribere
Quod illi [27] maledictum vehemens eſſe exiſtimant
Eam laudem hic ducit maximam, cum illis [28] placet
Qui vobis univerſis et populo placent:
Quorum [28a] opera [29] in bello, in negotio, [30] in otio
Suo quisque tempore uſus eſt ſine ſuperbia.
Dehinc ne expectetis argumentum fabulae.

18) transtulit 19) vos ſpectatores 20) ex fabula Plauti quod non eſt 21) a Terentio 22) fabulae 23) quod in veritate 24) Terentium 25) a me 26) ſimul 27) malevoli 28) nobilibus 28 a) nobilium 29) officio ſuo 30) aliquo 31) Micio et Demea, qui primi introducuntur.

---

11. *verbum de verbo*] veteres dicunt *verbum de vel e verbo vel ad verbum exprimere* pro verbum verbo exprimere. v. Cic. de Finib. III. 4. Tuſcul. quaeſt. III. 19. Hor. de arte poet. v. 133. Barbari hodie dicunt de verbo ad verbum exprimere vel vertere, quibus tamen praeivit Servius ad Aen. VIII. 19.

13. *locum reprehenſum*] *reprehendere locum* eſt de integro tractare. *Reprehendere* proprie eſt retrahere. Phaedr. V. 8. 3. ubi v. interpret.

14. *negligentia*] i. e. voluntaria praetermiſſione. v. notata ad Andr. prolog. v. 20.

20. *in otio*] i. e. in pace. Cic ad Div. II. 17. *Si ante auditum erit otium eſſe in Syria* vbi v. Manut.

21. *ſuo tempore*] *ſuum tempus* eleganter dicitur, quod alicui commodum eſt. Cic. Verr. III. 60. *dicit ſe ſuo tempore eſſe rediturum*. Valer. Flacc. I. 543. *poſcunt iam me ſua tempora Graii* ubi v. Burmann. Opponitur *tempus alienum*. Liv. XLII. 43. tempus eſt ſtatus rerum ut ſaepe.

ſine ſuperbia] hoc referendum ad homines nobiles qui inferiorum cauſas ſine faſtu agebant.

Senes qui primi venient [31]) hii *) partem [32]) aperient,
In agendo [33]) partem oſtendent. Facite [34]) aequanimitas [35])
Poetae ad ſcribendum [36]) augeat [37]) induſtriam.

(Actus I. Scena I.) [38]) MICIO.

Storax [39]) non rediit hac nocte a caena Aeſchinus, [39a])
Neque ſervolorum quisquam qui advorſum [40]) ierant. *)
Profecto hoc vere dicunt. [41]) Si abſis uspiam [42])
Aut ibi [43]) ſi ceſſes, [44]) evenire ea ſatius [45]) eſt,
Quae in te uxor [46]) dicit et quae in animo cogitat
Irata, quam illa [47]) quae parentes propitii. [48])
Uxor ſi ceſſes [49]) aut te amare [50]) cogitat

*) *edit.* ii 32) in hac ſabula 33) ipſam fabulam 34) ut 35) veſtra 36) in comediis non narrantur res geſtae, ſed perſonae loquentes inter ſe ipſam fabulam agunt 37) veſtro favore vel alacritate 38) Incipit primus actus de moralitate ſenum ſ. de Micionis nimia levitate et immoderata Demeae gravitate. *Haec nota non ſatis clare ſcripta a multo recentiori manu.* 39) o Storax. Servus Micionis erat Storax 39 a) adoptivus filius meus 40) obviam *) *edit. interrogat.* 41) vulgo 42) ab uxore remotus 43) aliquo in loco 44) moraris. vel eſſes 45) verius 46) irata 47) dicta 48) optantes aliquid proſperum 49) aliquo in loco 50) aliam.

Act. I. Scen. I.

2. *qui adverſum ierant*] *adverſum ire* non ſolum eſt obviam ire, ſed etiam ire aliquem quaeſitum conſtituto tempore et loco. In primis de ſervis dicitur, qui veniunt, ut dominos domum ducant, v. Gronov. in Lection. Plaut. p. 212. Eiusmodi ſervi proprio nomine *adverſitores* vocabantur. v. Donat. ad h. l. et Gesner. in theſ. ling. lat.

5. *in animo cogitat*] *cum animo ſuo cogitare* dixit Cic. de lege agrar. II. 24. *ſecum cogitare.* Terent. in Eun. I. 1. 19. v. Drak. ad Liv. XLII. 50.

6. *parentes propitii*] i. e. amantes liberorum. Propitius fere ſemper de Diis dicitur, ra-

Aut tete amari, 51) aut potare atque in *) animo obſequi 52)
Et tibi bene eſſe ſoli, cum ſibi ſit male.
Ego quia non rediit filius quae 53) cogito,
Et quibus nunc ſollicitor rebus, ne aut ille alſerit 54)
Aut uſpiam ceciderit 55) aut praefregerit *)
Aliquid. 56) Vah, quemquamne hominem in animo *) inſtituere 57)
Aut 58) parere *) quod ſit carius quam ipſe eſt ſibi?
Atque **) ex me hic 59) natus non eſt, ſed ex fratre. 60) Is 61) adeo
Diſſimili ſtudio 62) eſt, iam inde ab adoleſcentia.
Ego hanc clementem 63) vitam urbanam atque otium
Secutus ſum, et quod fortunatum iſti 64) putant
Uxorem nunquam habui. Ille 65) contra haec omnia.

51) ab alia *) *edit.* aut *pro* atque in 52) laetari 53) quanta 54) ſubito mortuus fuerit 55) in aliquam foveam *) *edit.* perfregerit, *improb. Bentl.* 56) membrorum *) *edit.* animum *improbante Bentl.* 57) eſt, *forte deeſt poſſibile vel ſimile quid* 58) in animo ſuo aliquid *) *edit.* parare, *probante Bentl.* **) *edit.* atqui *improb. Bentl.* 59) Aeſchinus 60) meo Demea 61) frater meus 62) quam ego ſim 63) ſuavem ad comparationem rureſtris 64) urbani mei ſimiles 65) frater meus

---

rius de hominibus Cic. ad Attic. VIII. 16.

8. *animo obſequi*] vel animo morem gerere eſt facere, quae animo lubet in Hec. III. 5. 9. v. Lambin. ad Hor. Carm. IV. 7. 20.

13. *in animo inſtituere*] i. e. animo concipere, in animum inducere. Simili locutione Plaut. in Moſtell. I. 2. 2. *argumenta in pectus multa inſtitui.*

14. *parare*] i. e. aliquid ſibi proponere, conſtituere. Plaut. in Aſinar. I. 3. 16. v. Scalig. ad Catull. X. 20.

17. *clementem vitam*] i. e. quietam, tranquillam quae opponitur ruſticae quippe duriori.

otium ſecuti] ſic dicuntur, qui vitam facilem eligunt. Nepos in Pelop. c. 2. interpret. ad Phaedr. V. 1. 7.

Ruri agere vitam,[66] ſemper parce[67] ac duriter
Se habere, uxorem duxit. nati filii
Duo.[68] Inde ego hunc[69] maiorem adoptavi mihi,
Eduxi a parvulo, habui, amavi pro meo.[70]
In eo me oblecto.[71] ſolum[72] id eſt carum mihi.
Ille[73] ut item contra me habeat,[74] facio ſedulo,
Do,[75] praetermitto.[76] Non neceſſe habeo[77] omnia
Pro meo iure agere.[78] Poſtremo alii clanculum[79]
Patres quae faciunt,[80] quae fert[81] aduleſcia[*]
Ea ne me celet conſuefeci[83] filium.
Nam qui mentiri aut fallere inſuevit[*][84] patrem
Aut audebit, tanto magis audebit[85] caeteros.
Pudore[86] et liberalitate[87] liberos
Retinere[88] ſatius eſſe credo quam metu.

66) coepit 67) vivere 68) ſunt 69) Aeſchinum 70) filio 71) adoptivo filio requieſco 72) modo 73) adoptivus filius meus 74) moribus meis reſpondeat 75) illi quicquid vult 76) indulgeo 77) ſecundum meam poteſtatem 78) redarguere illum ſevere 79) occultum 80) ſibi 81) videlicet *) *edit.* adoleſcentia 83) mihi *) *edit.* inſuerit. *Bentl. coniecturam lege apud ipſum. Primum in MS. lectum eſſe* inſuerit *ex ipſis veſtigiis lectionis et ex ſcholio veriſimile eſt* 84) in conſuetudinem habuerit 85) fallere et mentiri 86) modeſtia 87) benignitate et largitate 88) nutriri.

---

20. *parce ac duriter ſe habere*] i. e. ſe tractare, curare Plaut. in Aſinar. I. 1. 64. *illum mater arcte contenteque habet.*

26. *Do praetermitto*] do ſcilicet pecuniam in ſumtus, praetermitto ſcilicet peccata.

habeo] i. e. exiſtimo, ſtatuo. Salluſt. in Iug. c. 114. ubi v. Cortium.

27. *Pro meo iure agere*] i. e. mea auctoritate. Suo iure aliquid agere dicitur qui quid quaſi ex iure et conſuetudine libere agit nemine impediente. Petron. c. 78. Gronov. ad Senec. de tranquill. animi c. 3.

32. *liberalitate*] i. e. lenitate, clementia. Cic. pro Ligar. c. 3. ad Quint. fratr. I. 1. Erneſti clav. Ciceron. in hac voce.

33. *Retinere*] et continere ſunt diſciplinae et coercitionis verba. Cic. de Off. II. 12. ubi v.

Haec 89) fratri mecum non conveniunt, neque
placent.
Venit ad me ſaepe clamitans. 90) quid agis Micio?
Cur perdis aduleſcentem nobis? Cur amat? 91)
Cur potat? 92) Cur tu 93) his rebus ſumptus *) 93 a)
ſuggeris? 94)
Veſtitu nimio 95) indulges, nimium ineptus 96) es
Nimium ipſe 97) durus eſt, praeter aequumque 98)
et bonum 99)
Et errat longe mea quidem ſententia 1)
Qui imperium credat gravius 2) eſſe aut ſtabilius
Vi quod fit, 3) quam illud quod amicitia adiungitur.
Mea ſic eſt ratio, et ſic animum induco 4) meum.
Malo coactus 5) qui ſuum officium facit,
Dum id reſcitum iri 6) credit, tantiſper 7) cavet.

89) ſtudia quibus filium molliter educo 90) frater 91) meretrices 92) cum meretricibus 93) in convivio *) *edit.* ſumtum *probante Bentleio* 93 a) expenſas 94) ſubminiſtras 95) vel nimium 96) inſulſus 97) frater meus Demea 98) aequitatem 99) bonitatem 1) quia ego pius ille auſterus 2) firmius 3) timore exigitur 4) credo 5) unusquisque timore vel poena 6) reſciri 7) tamdiu.

Graev. Gell. XIX. 1. v. Drakenb. ad Liv. XXXIX. 28.

metu] metu ſervi potius regebantur quam liberi homines.

38. *Veſtitu nimium indulges*] h. e. nimios ſumtus praebes ad veſtitum ſplendidum emendum. *Veſtitu* eſt dativus antiquior pro veſtitui. v. Voſs. de analog. II. 18. et Broukhuſ. ad Propert. I. 11. 12. ubi *manu* pro *manui* quanquam Dukerus ad Liv. IX. 5. putat facile hic ſuppleri poſſe pronomen tertii caſus.

39. *praeter aequumque et bonum*] haec formula a Iureconſultis ſumta videtur, qua aequum et bonum ſummo iure ſtricto iuri opponuntur. v. Duker. ad Flor. I. 22. p. 211.

41. *imperium gravius*] i. e. maioris auctoritatis. Plaut. in Trin. II. 2. 107. *Gravius erit tuum unum verbum ad eam rem quam centum mea.* Cic. pro Fonteio c. 16.

43. *Mea eſt ſic ratio*] h. e. hic meus mos eſt mea ſententia. infra III. 3. 20. *veſtram nequeo ſatis mirari rationem.* Cic. ad Div. III. 8. *Mea ratio in tota amicitia noſtra conſtans et gravis reperietur,*

Si ſperat fore clam, rurſum *) ad ingenium 8) redit.
Ille quem beneficio adiungas, 9) ex animo facit.
Studet par 10) referre. Praeſens abſensque idem erit.
Hoc patrium 11) eſt, potius conſuefacere filium,
Sua ſponte recte facere, quam alieno metu.
Hoc 12) pater ac dominus intereſt. 13) hoc qui nequit, 14)
Fateatur ſe neſcire imperare liberis 15)
Sed eſtne hic ipſus 16) de quo agebam? Et certe is eſt.
Neſcio quid 17) triſtem video. Credo iam ut aſſolet *)
Iurgabit. 18) Salvum te advenire, Demea 19)
Gaudemus.

(Actus I. Scena II. DEMEA. MICIO.)

DEM. Ehem oportune; te ipſum quaerito 20)
MI. Quid triſtis es? DEM. Rogitas *) me? ubi nobis Aeſchinus ſiet? 21)
Quid ego triſtis ſim? MI. Dixin hoc fore? 22)

*) *edit.* rurſus *improbante Bentl.* 8) naturale ſibi ad malum ut ſervi faciunt 9) aſſocies tibi 10) beneficium 11) paterni iuris 12) una re 13) diſtat, videlicet quia pater per amorem filium nutrit, dominus per timorem ſervum cogit 14) qui ita neſcit educare filium 15) filiis 16) Demea frater meus 17) qua de re *) *edit.* ſolet 18) mecum 19) o Demea 20) o Micio *) *edit.* rogas *et ſine ſigno interrogationis quod demum poſt* ſim *ponit. Sed repetita interrogatio vim habet* 21) *pro* eſt 22) nonne dixi illum iurgaturum mecum.

---

46. *ad ingenium redit*] h. e. ad indolem, naturam ingenitam. v. in Hec. I. 2. 38. Cic in Caecil. c. 17. *redit ad ſe atque ad mores ſuos.*

53. *de quo agebam*] recte Donatus explicat, de quo ſermo eſt; nam *agere* ſaepe dicitur pro loqui in Hec. III. 5. 5.

Act. I. Scen. 2.

2. *ubi nobis Aeſchinus ſit*] h. e. cum Aeſchinus nobis ſit filius tam diſſolutus. *Ubi* eſt

Quid is *) [22a] fecit? DEM. Quid ille fecerit, quem neque pudet
Quicquam, nec metuit quenquam, neque legem putat [23]
Tenere se ullam? Nam illa, quae antehac facta sunt, [24]
Omitto, [25] modo quid dissignavit? *) [26] MIC. Quidnam id est?
DEM. Fores effregit, atque in aedes irruit
Alienas. Ipsum dominum atque omnem familiam
Multavit *) [27] usque ad mortem, eripuit mulierem
Quam amabat. Clamant omnes indignissume
Factum esse hoc, *) advenienti quod **) mihi Micio
Dixere. †) In ore est [28] omni populo. Denique
Si conferendum exemplum est, non [29] fratrem [30] videt
Rei dare operam, [31] ruri esse, [32] *) parcum ac sobrium? [33]

*) *edit. omitt.* is 22 a) Aeschinus 23) quia exlex erat 24) ab ipso Aeschino 25) praetermitto *) *edit.* designavit *et cum signo exclamandi* 26) ostendit, vel quam famam sibi fecit publice *) *edit.* mulcavit *probante Bentl. atque sic in* aliis *libris legi notat MS.* 27) flagellavit *) *edit. disting. post* esse **) *edit.* quot †) *edit. interrogat* 28) illius malum vel ipse 29) nonne 30) iuniorem 31) studium 32) intentum *) *edit. non disting.* 33) esse.

---

cum, quoniam, quandoquidem, ut recte exponit Eugraphius. v. Vorst. ad Iustin. X. 1.

5. *neque legem putat tenere se ullam*] frustra Donat. ad h. l. et Burmann. ad Valer. de clement. 240. p. 514. hic ambiguitatem quaerunt. Patet enim hoc dici pro: *neque putat se ulla teneri.* Cic. Philipp. XI. 5. *quanquam leges eum non tenent.* Liv. IX. 33. *etsi tenuerit lex Aemilia eos censores quorum in magistratu lata esset, non tamen aut se aut eorum quemquam, qui post eam legem creati censores essent, teneri ea lege potuisse.*

7. *designavit*] *designare* est aliquid facere, quod vel in bonam vel in malam partem novum et insigne sit. v. Donat. ad h. l.

Nullum huius 34) factum 35) ſimile. haec cum illi, Micio 36)
Dico, tibi dico; tu illum corrumpi ſinis.
MI. Homine imperito nunquam quicquam iniuſtius eſt *)
Qui niſi quod ipſe fecit nihil **) rectum putat.
DEM. Quorſum iſtuc? 37) MI. Quia tu Demea 38) haec 39) male iudicas.
Non eſt flagitium mihi crede adulefcentulum,
Scortari, 40) neque potare, non eſt 41) neque fores
Effringere. 42) Haec ſi neque ego, neque tu fecimus
Non ſivit egeſtas, facere nos. Tu nunc tibi
Id laudi ducis, 43) quod tum feciſti inopia? 44) *)
Iniurium eſt. 45) Nam ſi eſſet unde id fieret,
Faceremus 46) Et tu illum tuum 47) ſi eſſes homo 48)
Sineres nunc facere dum per aetatem licet,
Potius quam ubi te expectatum eieciſſet foras,

34) minoris 35) in ſe habet 36) o Micio *) *edit. omitt.* eſt *habet Bentl.* **) *edit.* nil 37) ad quam partem tendis 38) o Demea 39) ſtudia iuvenum 40) meretricari 41) flagitium 42) eſt flagitium 43) pro laude deputas 44) quod tum facere non potuiſti prae inopia *) *edit. non interrogat* 45) iniuſtum eſt quod agis 46) in adoleſcentia 47) filium 48) ſi ſcientiam haberes.

---

22. *non eſt*] efficax et elegans negationis repetitio. Cic. pro Sylla c. 27. *non cadit, non inquam cadit* etc. Terent. in Phorm. II. 3. 72. v. Gronov. ad Liv. XXX. 14.

26. *ſi eſſet*] pro *ſi fuiſſet*, imperf. ſubiunct. pro plusquamperf. Florus III. 3. p. 501. ubi v. Duker. Sic mox *faceremus* pro *feciſſemus*.

27. *ſi eſſes homo*] i. e. ſi humanum ſenſum haberes, ſi prudens eſſes. infra IV. 2. 40. v. quae diximus ad Rutil. Lup. II. 114.

29. *ubi te expectatum eieciſſet de*] i. e. cum te hominem odioſum, cuius mortem diu exoptavit, raptim et feſtinanter ſepeliviſſet. *Exſpectare mortem alicuius* exquiſite dicitur pro mortem cupide optare, deſiderare. infra V. 4. 5. Eam verbi vim copioſe explicuimus ad Rutil. Lup. I. 20.

Alieniore *) [49] aetate poſt [50] faceret tamen.
DEM. Pro Iuppiter, [51] tu homo [52] rediges *) me ad inſaniam.
Non eſt flagitium facere haec aduleſcentulum? MI. Ah
Auſculta ne me obtundas [53] de hac re ſaepius.
Tuum filium dediſti adoptandum mihi.
Is meus eſt factus. Si quid peccat Demea [54]
Mihi peccat. ego illi maximam partem [55] feram.
Obſonat, [56] potat, olet unguenta *) de meo. [57]
Amat. dabitur ei *) argentum [58] dum erit commodum. [59]
Ubi non erit, [60] fortaſſe excludetur [61] foras.
Fores effregit. reſtituentur. Diſcidit
Veſtem. reſarcietur. Eſt Diis gratia [62]
Et unde haec fiant, [63] et adhuc non moleſta ſunt. [64]
Poſtremo aut deſine [65] aut cedo [66] quem vis *) arbitrum [67]

*) *edit* alienore *mendoſe* 49) fortiore 50) poſtquam te eieciſſet 51) exclamatio 52) o homo *) *edit.* adigis *probante Bentl.* 53) fatiges 54) o Demea 55) peccatorum 56) convivatur *) *edit. interrogat quod adhuc ter in hoc Micionis ſermone fit* 57) hoc facit non de tuo *) *edit. pro* ei *legit* a me, *quod in codice ſi non prima certe antiqua manus ſuperſcripſit* 58) quod det meretrici 59) dum voluerit quamdiu aetas meretricandi fuerit 60) commodum 61) illa meretrix 62) placatio eſt apud Deos non ſolum apud homines 63) eſt apud me 64) nemo nobis moleſtus eſt pro talibus rebus 65) talia loqui 66) dic *) *edit.* quemvis *uno vocabulo* 67) inter nos eſſe.

---

36. *mihi peccat*] i. e. omnis infamia et damnum ad me redit. Petron. c. 45. *ſibi quisque peccat.*

ego illi maximam partem feram] h. e. ſi quid illic eſt damnum, ego maxime feram. *illi* antique dicitur pro illic vel ea in re. v. Victor. ad Cic. ad Attic. IX. 14.

37. *de meo*] ſcilicet patrimonio. Sic etiam dicitur de tuo, de ſuo, de alieno. Plin. IV. 13. *qui de alieno negligentes de ſuo diligentes erunt* v. Drakenb. ad Liv. IV. 60.

Et *) te plura in hac re peccare oſtendam. DEM. Ei 68) mihi
Pater 69) eſſe 70) diſce, ab illis *) qui vere ſciunt. 71)
MI. Natura tu illi pater es, conſiliis ego.
DEM. Tune conſulis 72) quicquam? MI. Ah, ſi pergis 73) abiero.
DEM. Sicine agis? MI. An ego de eadem re totiens audiam?
DEM. Curae eſt mihi. MI. Et mihi curae eſt. Verum Demea 74)
Curemus aequam uterque partem, tu alterum 75)
Ego item alterum. Nam ambos curare propemodum
Repoſcere eſt illum quem dediſti. DEM. Aha *) Micio 76)
MI. Mihi ſic videtur. 77) DEM. Quid iſtuc? *) Si tibi iſtuc placet,
Profundat, 78) perdat, pereat, nihil ad me attinet.
Iam 79) ſi verbum ullum *) poſthac. 80) MI. Rurſum Demea 81)
Iraſcere. 82) *) DEM. An non credis? Repeton 83) quem dedi?

*) *edit. omitt.* et 68) vae 69) *Micioni tribuerat hunc ſermonem ſcriba codicis ſed ipſe nomen deleviſſe videtur.* 70) o Micio *) *edit.* ab aliis 71) patres eſſe 72) provides 73) ſi amplius locutus fueris tale aliquid ibo ad domum meam 74) o Demea 75) cura *) *edit.* ah 76) o Micio 77) ſicut ego dico *) *edit.* iſtic *fortaſſe ex operarum errore* 78) prodige expendat 79) pro non *) *edit.* unum *improbante Bentl.* 80) ſcilicet dicam 81) o Demea 82) iraſceris *) *edit. interrogat quae interrogatio tanquam var. lect. in cod. notatur* 83) filium.

45. *Pater eſſe diſce*] h. e. diſce quod patris officium ab iis qui vere intelligunt officium patris. Bentleius corrigit: *pater eſſe diſce ab iis qui vere ſient.*

47. *abiero*] pro *abibo*. futur. ſubiunct. pro fut. indicat.

54. *profundat*] i. e. inaniter et fruſtra conſumat. Ut hic *profundere* et *perdere*, ſic ſaepe *profuſus* et *perditus* iunguntur. Cic. pro Quint. c. 12. v. Not. ad Heaut. III. 1. 56.

Aegre [84] eſt. alienus [85] non ſum; ſi obſto, [86] [*] deſino.
Unum vis curem. curo. Et eſt Diis gratia [87]
Cum ita ut volo eſt. Iſte tuus ipſe ſentiet
Poſterius. nolo in illum gravius dicere.
MIC. Nec nihil, [88] neque omnia haec ſunt quae dicit; [89] tamen
Non nihil moleſta haec ſunt mihi. Sed oſtendere
Me aegre pati illi nolui. Nam ita [90] eſt homo [91]
Cum placo, [91 a] adverſor ſedulo [92] et deterreo.
Tamen vix humane patitur [93] Verum ſi augeam [94]
Aut etiam adiutor [95] ſim eius iracundiae,
Inſaniam [96] profecto cum illo. Et ſi [97] Aeſchinus
Nonnullam in hac re nobis [98] facit iniuriam;
Quam hic [99] non amavit meretricem? aut cui non dedit
Aliquid? Poſtremo nuper credo iam omnium [1]
Taedebat. [2] Dixit velle [3] uxorem ducere.
Sperabam iam deferviſſe [4] adoleſcentiam
Gaudebam. Ecce autem de integro; [5] niſi quicquid eſt

84) me non curare filium 85) a filio 86) ſi noceo te *) *ed. add.* hem 87) gratias ago Diis 88) litotes i. e. aliquid valet quod dicit ſed non omnia 89) quae frater meus dicit 90) talis 91) frater meus 91 a) illum 92) ſicut ei videtur 93) vix me ſuſtinet 94) verba 95) provocator 96) amens et ſtultus efficiar 97) pro licet 98) mihi et fratri meo 99) Aeſchinus 1) meretricum 2) illum 3) velle ſe 4) refriguiſſe 5) ab initio rei.

---

61. *nec nihil neque omnia haec ſunt*] i. e. non omnino falſum eſt, nec tamen omnia ita ſunt.

65. *vix humane patitur*] i. e. vix moderato animo, ut hominem decet, fert. Cic. Tuſcul. quaeſt. II. 27.

72. *deferviſſe adoleſcentiam*] *fervere*, *fervor*, *fervidus* proprie dicuntur de adoleſcentia, quae animi motibus maxime agitatur. Horat. Carm. I. 16. 23. Cupiditates autem adoleſcentiae cum comminuuntur et exſtin-

Volo ſcire atque hominem 6) convenire 7) ſi apud forum eſt

(Actus II. Scena I. SANNIO. AESCHINUS. PARMENO.) 8)

SANNIAS. 9) *) Obſecro populares, ferte miſero atque innocenti auxilium.
Subvenite inopi. AE. Otioſe. 10) Nunc iam 11) ilico hic 12) conſiſte.
Quid reſpectas? 13) Nihil pericli eſt. Nunquam dum ego adero, hic te tanget.
SAN. Ego iſtam 14) invitis omnibus. 15)
AE. Quamquam eſt ſceleſtus, 16) non committet hodie unquam iterum ut vapulet.
SAN. Aeſchine 17) audi; ne te ignarum fuiſſe dicas meorum morum.
Leno 18) ego ſum. AE. Scio. SAN. At ita 19) ut usquam fuit fide quisquam optuma.

6) Aeſchinum 7) conloqui 8) *eadem manu quae ſupra notam* 38 p. 8 *ſcripſit* Incipit ſecundus actus qui eſt de Cteſiph. ſub ſpecie Aeſchini. Poſtquam deſcripſit utriusque mentem, illam nimis duram, iſtam nimis facilem, accedit ad negotia quae oſtendunt effectum levitatis vel aſperitatis 9) Sannias iſte leno dum privaretur meretrice ſua ab Aeſchino clamabat *) *edit.* Sannio 10) fruſtra clamas. 11) convertit ſe ad Parmenonem ſervum ſuum, qui cum illo venerat 12) o Parmeno 13) o Parmeno reſpicis 14) feminam non dimittam 15) retinebo 16) Sannias 17) o Aeſchine 18) conciliator ſtupri 19) ſum ego.

---

guuntur, deferveſcere dicuntur Cic. pro Coel. c. 18. v. Duker. ad Flor. I. 26. 222.

Act. II. Scen. 1.

3. *Quid reſpectas*] *reſpectare* proprie dicuntur, qui crebro reſpiciunt prae metu, ne a ſuperveniente opprimantur. Plaut. in Men. I. 2. 51. v. Schwarz. ad Plin. Panegyr. c. 23.

5. *non committet*] verbo committere ſaepe Cic. utitur in rebus, quae vel reprehenſione vel poena aliqua dignae ſunt. Cic. de Offic. III. 2. ad Att. 1. 6.

Tu quod te posterius purges. [20]) hanc iniuriam mihi nolle
Factam esse; [21]) huius non faciam; [22]) crede hoc. Ego meum ius persequar. [23])
Neque tu verbis solves unquam, quod mihi re malefeceris.
Novi ego vestra haec, [24]) nollem factum; [25]) ius iurandum dabitur, te esse
Indignum iniuria hac, [26]) indignis cum egomet sim acceptus modis [27])
AE. Abi praestrenue ac fores aperi. [28]) SAN. Caeterum hoc nihil facis.
AE. I i *) intro iam nunc tu **) SAN. At enim non sinam. AE. Accede illuc Parmeno.
Nimium istoc [29]) abisti. hic propter [30]) hunc assiste. SAN. [31]) Em sic volo.
AE. Cave nunc [32]) iam oculos a meis oculis quoquam demotuas tuos *)
Ne mora sit si innuerim, quin pugnus [33]) continuo in mala [34]) haereat.

20) non habebis 21) vel 22) huius rei consensum non adhibeo tibi ut meam auferas 23) exigam de te 24) verba quae dicetis 25) hoc dices 26) scio 27) datur intelligi quia (quod) Parmeno voluit eum percutere 28) o Parmeno *) *edit.* I **) *edit. omitt.* tu *probante Bentl.* 29) ab isto 30) ita 31) *editio etiam haec verba Aeschino tribuit probante Bentl.* 32) o Parmeno *) *edit.* demoveas *atque sic nunc codex* 33) tuus 34) maxilla eius.

---

9. *huius non faciam*] intelligendum est eum vel stipulam vel floccum vel summum digitum ostendisse. v. Casaubon. ad Athen. XII. 7. et Bentl. ad II. 2. 15.

11. *nollem factum*] solennis satisfaciendi formula Liv. XXIX. 19. v. Torrent. ad Sueton. Caes.

13. *abi prae strenue*] distinctim legendum *abi prae strenue,* ut in Andr. *i prae sequar.*

16. *oculos demoveas*] oculos *demovere* dicendum est, non *dimovere.* Nam *demovere* est abiicere, amovere, *dimovere* est ita movere ut in diversas partes abeat.

SAN. Iſtuc volo ergo ipſum experiri. AE. Em ſerva 35) omitte mulierem.
SAN. O miſerum facinus. 36) AE. Geminabit 37) niſi caves. SAN. Ei miſeriam. *)
AE. Non innueram; 38) verum in iſtam partem potius peccato, 39) *) tamen
I nunc iam. SAN. Quid hoc rei eſt? Regnumne Aeſchine hic tu poſſides?
AE. 40) Si poſſiderem, 41) ornatus eſſes ex tuis virtutibus.
SAN. Quid tibi rei mecum eſt? AE. Nihil. SAN. Quid? Noſtin qui ſim? AE. Non deſidero 42)
SAN. Tetigin 43) *) tui quicquam? AE. Si attigiſſes, ferres infortunium.
SAN. Qui 44) tibi licet magis 45) meam habere, pro qua ego argentum dedi?
Reſponde. AE. Ante aedes non feciſſe erit melius hic convicium.

35) noli contradicere 36) hic dedit ei alapam 37) Parmeno colaphum *) *edit.* hei miſero mihi *improbante Bentl.* 38) tibi Parmeno hoc 39) rape mulierem. pro pecca *) *edit. diſtinguit poſt* tamen 40) yronicos 41) regnum 42) noſſe 43) an tetigi *) *edit.* tetigine 44) quomodo 45) quam mihi.

---

18. Serva] i. e. habe tibi hunc colaphum.

21. *regnumne tu hic poſſides*] i. e. an tu Athenis, ubi aequa libertas eſt, tyrannidem exerces? *Regnum* ſaepe eſt tyrannis vel nimia in aliquo genere potentia Cic. pro Sulla c. 7. *Hic ait ſe regnum meum ferre non poſſe.* v. Lucian. in Timone p. 169. et ibi celeberr. Hemſterhuſ.

22. *ornatus eſſes ex tuis virtutibus*] h. e. acceptus eſſes ut convenit virtutibus tuis i. e. peſſime. In bonam partem haec locutio eſt apud Plaut. in Captiv. V. 3. 20. *incedit hic ornatus haud ex ſuis virtutibus.* Cic. ad Div. V. 8. *quantum tuo iudicio tribuendum nobis eſſe putes, ſtatues ipſe ex noſtra dignitate* i. e. prout convenit noſtrae dignitati.

26. *erit melius*] venuſta formula eſt et conſilium dantis et ſimul minantis. Plaut. Men. V. 2. 51. Horat. ſerm. II, 1. 45. *melius non tangere clamo* Liv. III. 41. ubi v. Gronov.

convicium] proprie eſt quaſi *convocium*, cum multae voces eduntur, clamor. Cic. ap. Aquil.

Nam ſi moleſtus perges *) 46) eſſe, iam intro arripiere, *) atque ibi
Usque ad necem operiere loris. SAN. Loris, liber? AE. Sic erit.
SAN. O hominem impurum, hicine 47) libertatem aiunt eſſe aequam omnibus?
AE. Si ſatis debachatus 48) iam es, leno, audi ſi vis nunc iam.
SAN. Egone debachatus ſum autem, an tu in me? AE. Mitte iſta, atque ad rem redi.
SAN. Quam rem? 49) Quo redeam? AE. Iamne me vis dicere, id *) quod ad te attinet?
SAN. Cupio **) modo aequi 50) aliquid. AE. Vah, iniqua leno me non vult loqui.
SAN. Leno ſum fateor. pernicies communis adoleſcentium, 51)
Periurus, 52) peſtis, tamen tibi a me nulla eſt orta iniuria.
AE. Nam etiam hercle id reſtat 53) SAN. Illuc quaeſo redi, quo coepiſti Aeſchine.
AE. Minis viginti tu illam emiſti; 54) quae res tibi vertat male.
Argenti tantum *) dabitur. SAN. Quid ſi ego illam tibi nolo vendere?
Coges me? AE. Minime. SAN. Namque id metui. AE. Neque vendundam cenſeo,

*) *edit.* pergis 46) perſeveras *) *edit.* abripiere 47) in hoc loco. 48) amens factus 49) dicis *) *edit. omitt.* id **) *edit. diſtinguit poſt* cupio. 50) aequitatis 51) qui adoleſcentibus concilio ſtupra 52) ſum 53) ſupereſt 54) vel? *) *edit. add.* tibi.

Roman. iunct. Rutilio Lupo p. 144. pro Archia. c. 6. *aures convicio* etc.

28. *loris*] i. e. flagellis, quae e loris fiebant. Haec ſervilis poena erat, unde *flagrio*, *flagitriba*, *verbero* eſt ſervus nequam, qui quotidie flagellatur.

35. *a me nulla orta eſt iniuria*] i. e. non fui auctor iniuriae infra III. 3. 89.

Quae libera eſt. Nam ego liberali illam aſſero [55] cauſa manu. [56]
Nunc vide utrum vis argentum accipere, [57] an cauſam meditari tuam. [58]
Delibera hoc, dum ego redeo, leno. [59] SAN. Pro ſupreme [60] Iuppiter [61]
Minime [62] miror quia [63] inſanire occipiunt ex iniuria. [64]
Domo me eripuit, [65] verberavit, me invito abduxit meam.
Ob malefacta haec tantidem emtam poſtulat ſibi darier. *) [66]
O *) homini miſero. **) Plus quingentos colaphos infregit mihi.
Verum enim quando bene promeruit, fiat. Suum ius poſtulat.

55) affirmo 56) mea 57) a me 58) periculum tuum. quomodo in ius mecum venias 59) o leno 60) maxime 61) o Iuppiter 62) non 63) quemadmodum 64) iniuſtitia 65) rapuit *) *edit.* tradier *quae eſt hodierna lectio codicis* 66) hanc *) *edit. omitt.* O **) *edit. non diſtinguit poſt* miſero *probante Bentl.*

---

40. *liberali aſſero cauſa*] i. e. ego illam in libertatem vindicabo. Qui liberum hominem e ſervitute vindicabat eum coram praetore manu prehenſum ſibi quaſi aſſerebat i. e. admovebat et liberum eſſe dicebat. v. Donat. ad h. l. et Briſſon. de formul. V. 365. Liberalem cauſam vocant Iureconſulti actionem de libertate v. Lindenbrog. ad h. l. *Aſſero* ponitur pro *aſſeram,* praeſens pro futuro ut ſaepe.

43. *minime miror*] ſupplendum *eos.* Solet enim pronomen *is* ante relativum omitti. Liv. XXIII. 15. *praemia atque honores qui remanerent, ac militare ſecum voluiſſent, propoſuit* ubi plura interpretes. Quinct. VI. 3. 285. *ut etiam ruſtici ſulſe dicant in quisque aliquid dixerit prior* ubi v. Geſner.

46. *colaphos infregit*] i. e. impegit. Plin. Hiſtor. natur. VIII. 36. v. Donat. ad h. l.

hariolor] i. e. falſa coniicio et dico. Fallor ut ſolent harioli, deliro. v. in Phorm. III, 2. 7. Pro eo vaticinari dicit Cic. ad

Age iam, †) cupio, ſi modo argentum reddat. Sed ego hoc ariolor 67)
Ubi me dixero dare tanti, teſtes faciet ilico,
Vendidiſſe me. De argento ſomnium. 68) Mox, cras redi. 69)
Id quoque poſſum ferre 70) ſi modo reddat, quanquam iniurium eſt.
Verum cogito, id quod res eſt, quando eum quaeſtum 71) inceperis *) 72)
Accipienda et muſitanda iniuria adoleſcentium eſt.
Sed nemo dabit, fruſtra ego mecum has rationes deputo.

(Actus II. Scena II. SYRUS. SANNIO.)

SYR. 73) Tace. 74) egomet conveniam ipſum 75) cupide accipiat 76) iam *) faxo 77) atque etiam
Bene dicat ſecum eſſe actum. Quid iſtuc Sannio 78) eſt quod te audio
Neſcio quid concertaſſe cum ero? SAN. Nunquam vidi iniquius
Certationem comparatam, 79) quam haec hodie inter nos fuit.

†) *edit. diſting. poſt* age 67) divino mihi ex animo. 68) eſt quod dico 69) dicet 70) poſtcraſtionem (l. procraſtinationem) 71) lucrum *) *edit.* occeperis. 72) quaerere 73) Syrus ſervus volens ſollicitari Aeſchinum dominum ſuum de hoc, quod lenoni fecerat, ait illi 74) o Aeſchine 75) lenonem 76) vel accipiet *) *edit. om.* iam 77) faciam 78) o Sannio. 79) aſſimulatam.

Div. II. 16. *ſed ego fortaſſe vaticinor et haec omnia meliores habebunt exitus.* v. Duker. ad Flor. IV. 1. 713.

50. *de argento ſomnium*] h. e. quod ad argentum attinet inanis ſpes eſt, pro quo in Heaut. IV. 2. 4. dicit *quod de argento ſperem nihil eſt. Somnium* eſt res vana, numen v. in Phorm. V. 6. 34.

Act. II. Scen. 2.

4. *inique comparata concertatio*] eſt, in qua certa nimia

Ego vapulando, ille verberando, usque *) 80) ambo defeſſi ſumus.
SYR. Tua culpa. SAN. Quid agerem? SYR. Adoleſcenti morem geſtum 81) oportuit.
SAN. Qui 82) potui melius 83) qui hodie usque os praebui? 84) SY. Age. ſcis quae *) loquar?
Pecuniam 85) interdum *) neglegere 86) maximum interdum eſt lucrum. SAN. *) Hui.
SYR. Metuiſti ſi nunc de tuo iure conceſſiſſes paululum, atque
Adoleſcenti eſſes morigeratus hominum homo ſtultiſſime,
Ne non tibi iſtuc foeneraret? 87) SAN. Ego ſpem 88) pretio non emo.
SY. Nunquam rem facies. 89) Abi neſcis ineſcare 90) homines Sannio 91)
SAN. Credo iſtuc melius eſſe. 92) Verum ego nunquam adeo aſtutus fui

*) *edit. diſting. poſt* usque *improb. Bentl.* 80) multum 81) gerere et conſentire 82) quomodo 83) morigerari illi 84) adulationem *) *edit.* quid 85) homini potenti *) *edit.* in loco *prob. Bentl. uti a poſteriori manu in MS.* 86) intermittere *) *edit. tribuit hoc et ſequentia una cum antecedentibus Syro prob. Bentl.* 87) beneficium recompenſaret 88) recipiendae mercedis 89) iſtam quam dicis 90) attrahere 91) o Sannio 92) quod dicis.

---

pares (*forte legendum* in qua certant minime pares.) Proprietatem verbi *comparare* ſupra explicuimus.

5. *defeſſi ſumus*] Scholiaſtes Iuven. Sat. III. 189. legit *defecti ſumus* ſenſu eodem, quod praefert Heinſ. ad Ovid. Faſtor. III. 674.

7. *os praebui*] *os praebere* dicitur, qui ſe verberari patitur aut ſe contumeliis ſponte exponit Cic. ad Attic. I. 18. *quam dignus qui Pelicano, ſicut facit, os ad male audiendum quotidie praebeat.* Liv. IV. 35. addite Tac. Hiſtor. III. 32.

11. *Ne non tibi iſtuc foeneraret*] i. e. ut tibi cum foenore redderetur et multiplicaretur in Ph. III. 2. 8. v. Donat. ad h. l. et Schulting. ad Sen. Suaſor III. 57.

Quin quicquid poſſem, mallem potius auferre 93) in praeſentia.
SY. Age, novi tuum animum, quaſi iam usquam 94) tibi ſint viginti minae 95)
Dum huic 96) obſequare. Praeterea autem te aiunt proficiſci Cyprum. SAN. Hem. 97)
SYR. Coëmiſſe hinc quae illuc veheres multa, navim conductam, ſcio hoc
Animus tibi pendet, 98) ubi illinc redieris? 99) *) ſpero tamen hoc agis. 1) *)
SAN. Nusquam pedem. 2) perii hercle. hac illi ſpe hoc inceperunt. SY. 3) Timet.
Inieci ſcrupulum homini. 4) SAN. O ſcelera. illuc *) vide,
Ut in ipſo articulo 5) oppreſſit. 6) Emptae 8) mulieres
Complures et item hinc alia quae porto Cyprum.
Niſi eo 9) ad mercatum venio, dampnum maximum eſt.
Tunc ſi hoc omittam, *) actum agam. 10) Ubi illinc rediero,

93) recipere 94) aliquo in loco 95) redditae ita ſis contentus 96) Aeſchino 97) aiunt 98) ad ea 99) accipies argentum *) *edit non interrogat et ponit* ſpero *ante* redieris 1) quod dico *) *edit.* ages. 2) moveam 3) ſecum 4) dubitationem in animo *) *edit.* illud 5) initio rei 6) os meum 8) ſunt 9) illuc *) *edit.* omitto 10) finitum faciam et perditum.

---

20. *illud vide*] hac formula utuntur qui rem inopinatam vel magnam cum admiratione narrant. Cic. ad Div. XVI. 5. Schwarz ad Plin. Panegyr. c. 70.

21. *articulo*] h. e. temporis momento Curtius III. 5. Sueton. in Claud. c. 4.

24. *actum agam*] actum agit, qui iterum ſed fruſtra agit. Ducta formula a iudiciis, ubi quod ſemel iudicatum eſt fruſtra iterum agitur. in Phorm. II. 3. 72. Neque adeo dici poteſt *actum agere* de eo qui nihil agit: quam difficultatem tollit elegans viri doctiſſimi emendatio laudata Bentleio *nunc ſi hoc omittam actum agam, ubi illinc rediero.*

Nihil eſt. Refrixerit [11]) res. Nunc demum venis? [12])
Cur paſſus? [13]) Ubi eras? Ut ſit ſatius [14]) perdere,
Quam aut hic nunc manere tam diu, aut tum perſequi.
SY. Iamne enumeraſti [15]) quod a te *) rediturum putes? [16])
SAN. Hoccine illo [17]) dignum eſt [17a])? Hoccine incipere [18]) Aeſchinum?
Per oppreſſionem [19]) ut hanc mihi eripere poſtulet?
SY. [20]) Labaſcit, [21]) unum hoc habeo, [22]) vide ſi placet [23])
Potius quam venias in periculum Sannio [24])
Servesne, an perdas totum, dividuum [25]) face.
Minas decem conradet [26]) alicunde. SAN. Ei mihi.
Etiam de ſorte [27]) nunc venio in dubium miſer;
Pudet nihil. *) [28]) Omnes dentes labefecit mihi.

11) reſtinxerit vel refrigeſcet 12) ad ſemet ipſum loquitur, ad conſcientiam tuam revertere o Sannia 13) ſum, publicare, me Cyprum iturum 14) melius 15) pretium *) *edit.* ad te 16) ab Aeſchino 17) Aeſchino 17 a) quod agit 18) dignum eſt 19) per violentiam 20) ſecum 21) victus eſt 22) conſilium 23) ſatis *Edit. inſeruit vocabulum textui* ſatis placet 24) o Sannio 25) diſcretionem 26) contrahet et coadunabit tibi Aeſchinus 27) mea *) *edit. cum ſigno interrogandi* 28) Aeſchinum ex hoc quod factum habet (fecit.)

---

25. *refrixerit*] *refrigeſcere* metaphorice dicuntur quae non amplius aguntur, iactantur, ſed memoria obliterantur. Cic. ad Quint. fratr. II. 6. huic verbo opponitur *calere* Cic. pro Plancio c. 23. *crimen de numis caluit re recenti nunc in cauſa refrixit.* v. Manut. ad Ciceron. ad Div. IX. 10.

32. *venias in periculum*] pro eo mox dicit *venire in dubium.* Quinctil. declam. 253. *in periculum venit optio mea.*

35. *de ſorte venio in dubium*] i. e. de ipſa ſumma, non tantum de uſuris venio in periculum. Sors eſt caput pecuniae belgice *het capitael.*

Praeterea colaphis tuber 29) eſt totum caput.
Etiam inſuper defraudet. 30) *) nusquam abeo. 30 a) SYR. Ut lubet.
Num quid vis? *) 31) quin 32) abeam? 33) SAN. Immo hercle, hoc quaeſo
Syre 34) Ut ut haec ſunt fata 35) *) potius quam lites ſequar.
Meum mihi reddatur, ſaltem quanti emta eſt Syre. 37)
Scio te non eſſe *) uſum antehac 38) amicitia mea.
Memorem me dices eſſe et gratum. SY. Sedulo
Faciam. Sed Cteſiphonem video. laetus eſt de amica 39)
SAN. Quid, quod te oro? SY. Pauliſper mane.

(Actus II. Scena III. CTESIPHO. SYRUS.)

CTES. Abs quivis 40) homine cum eſt opus beneficium accipere gaudeas.
Verum enim vero id demum iuvat. 41) Si quem 42) aequum eſt bene *) facere, is 43) bene facit.

29) inflatum eſt 30) vel defrudet. defraudabit *) *edit.* defrudet *improbante Bentl.* 30 a) pergo. *) *edit. non interrogat* 31) dicere 32) ut 33) vel; 34) o Syre 35) eventum. alii facta. *Bentl. acta* *) *edit.* facta *et diſtinguit poſt hanc vocem* 37) o Syre *) *edit. omitt.* eſſe 38) actenus (hactenus) 39) frater Aeſchini quia ei dederat meretricem quam rapuerat 40) a quolibet 41) delectat 42) aliquem *) *edit. omitt.* bene *probante Bentl.* 43) frater meus.

---

37. *colaphis tuber eſt totum caput*] caput ex continuis colaphis perinde ac tuber tuberibus plenum eſt.

Act. II. Scen. 3.

2. *verum enimvero*] his particulis ita iunctis raro utitur Cicero, ſaepe Salluſt. et Livius. Sall. in Catil. c. 2. *verum enimvero is demum mihi vivere atque frui anima videtur*, ubi v. Cort.

O frater, frater[44] qui[45] ego te nunc laudem?[46] ſatis certo ſcio.
Nunquam tam[47] magnifice quicquam[48] dicam, id[49] virtus quin ſuperet tua.
Itaque unam hanc rem me habere praeter alios praecipuam arbitror.
Fratrem homini nemineni *) eſſe primarum artium magis principem.
SY. O Cteſipho. CTES. O Syre. Aeſchinus ubi eſt? SYR. Ellum. te expectat domi. CTES. Hem.
SY. Quid eſt? CTES. Quid ſit? Illius Syre opera nunc vivo, feſtivum caput[51]
Qui omnia ſibi poſt putarit[52] prae meo commodo.[53]
Maledicta, famam, meum amorem et peccatum in ſe tranſtulit.
Nihil ſupra poteſt. *) Quisnam[54] fores crepuit? SY. Mane,[55] mane. ipſe exit foras.

44) Aeſchine 45) quemadmodum 46) pro beneficio 47) vel ita, *atque ſic edit.* 48) de tuis laudibus 49) quod te laudavero 50) praecellet *) *edit.* nemini *probante Bentl.* 51) celebris homo 52) poſtpoſuit 53) prae mea utilitate *) *edit.* pote ſupra 54) ſed quisnam. 55) expecta.

---

5. *praecipuam*] *praecipuum* dicitur quod non eſt commune cum aliis. Liv. XLII. 31. ubi v. Duker.

6. *fratrem homini nemini eſſe primarum etc.*] i. e. nemini fratrem obtigiſſe praeſtantiorem eximiis virtutibus. *Nemo homo* per pleonaſmum iungitur ut in Hec. III. 1. 1. *Artes* dicit virtutes; praeceſſit enim *virtus quin ſuperet tua.*

9. *Quine*] illud *ne* videtur abundare ut apud Horat. Serm. I. 10. 21. *quine putetis* etc. ubi v. Bentlei.

omnia ſibi poſtputare prae alterius commodo] id ſignificat, omnia ducere poſtponenda alterius commodo. in Hec. III. 5. 33.

10. *famam*] i. e. infamiam. Nam *fama* in utramque partem dicitur.

(Actus II. Scena IV. AESCHINUS. SANNIO. CTESIPHO. SYRUS.)

AE. Ubi eſt ille ſacrilegus? SAN. Men quaerit? Num quidnam 56) effert! occidi 57)
Nihil 58) video. AE. Ehem. oportune te ipſum quaerito. Quid ſit Cteſipho?
In tuto 59) eſt omnis res. Omitte vero triſtitiam tuam.
CTES. Ego illam 60) facile *) vero omitto, qui quidem te habeam fratrem. o mi Aeſchine
O mi germane. Ah vereor in os 61) te laudare amplius,
Ne id aſſentandi 63) magis quam quod habeam gratum facere exiſtimes.
AE. Age inepte, 63) quaſi nunc non norimus nos inter nos 64) Cteſipho.
Sed hoc mihi dolet, nos pene ſero 65) ſciſſe 66) et pene in eum locum
Rediſſe, ut ſi omnes tibi *) cuperent, tibi nihil poſſent auxiliarier.
CTES. Pudebat. 67) AE. Aha ſtultitia eſt iſtaec non pudor; tam ob parvulam

56) pretii 57) perii 58) pretii 59) in ſecuritate 60) triſtitiam *) *edit.* hercle *quod vocabulum ſuperſcriptum eſt tanquam pars textus* 61) in praeſentia 62) adulandi cauſa 63) tace ſtulte 64) ita loqueris 65) tarde 66) quod illam amares *) *edit. omitt.* tibi *probante Bentl.* 67) me tibi dicere.

Act. II. Scen. 4.

5. *in os laudare*] i. e. praeſentem laudare Lactant. III. 14. *Os* ſaepe dicitur de conſpectu. v. not. ad Heaut. III. 3. 11.

6. *aſſentandi*] ſupplendum *cauſa* vel *gratia*, quod ſaepe per ellipſin omittitur. Cic. de Nat. Deor. I. 21. ubi v. Daviſ. Liv. XXXI. 12. Eodem modo Graeci ἕνεκα omittunt.

quo habeam gratum] i. e. quo mihi gratum et iucundum ſit. Plaut. Trucul. II. 7. 56. Cic. Tuſc. quaeſt. V. 15.

Rem 68) pene ex patria; *) turpe dictu, deos quaeſo ut iſtaec prohibeant.
CTES. Peccavi. 69) AE. Quid ait tandem nobis Sannio? SY. Iam mitis eſt.
AE. Ego ibo ad forum ut hunc abſolvam. tu intro ad illam 70) Cteſipho. 71)
SAN. Syre 72) inſta. 73) SYR. Eamus, namque hic 74) properat in Cyprum. SAN. Ne tam 75) quidem 76)
Quamvis etiam maneo otioſus hic. SY. Reddetur. ne time.
SAN. At, 77) ut omne 78) reddat. SY. Omne reddet. 79) tace modo, ac ſequere hac. SAN. Sequor.
CTES. Heus, heus, Syre. 80) SYR. Ehem quid eſt? CTES. Obſecro hercle te, *) hominem impuriſſimum
Quam primum abſolvitote, ne ſi magis irritatus ſiet
Aliqua 81) ad patrem hoc permanet 82) atque ego tunc *) perpetuo perierim.
SYR. Non fiet; bono animo eſto. Tu cum illa oblecta 83) te intus interim
Et lectos *) iube ſterni 84) nobis et parari caetera.

68) fugeres ut filius Menedemi (*in Heautont.*) *) *edit. cum ſigno interrogat.* 69) quia tibi non dixi 70) meretricem 71) perge 72) o Syre 73) pro meo pretio 74) Sannio 75) cito 76) ibo 77) vide 78) pretium 79) vel reddetur 80) o Syre *) *edit. omitt.* te *improb. Bentl.* 81) per aliquam occaſionem 82) perveniat *) *edit.* tum *probante Bentl.* 83) requieſce *) *edit.* lectulos 84) ad prandium more antiquo.

---

13. *ad forum ibo*] ibi erant tabernae argentariae. v. in Phorm. V. 7. 28. et Donat ad h. l.

abſolvam] *abſolvere* eleganter ponitur pro ſoluta pecunia dimittere v. Briſſon. de verbor. ſignificat.

15. *Quamvis*] i. e. valde, admodum Plaut. in Pſeud. IV. 7. 79. *quamvis pernix eſt.* Liv. I. 4. v. Graev. ad Cicer. de Amicit. c. 26.

19. *aliqua*] ſupplendum *via* vel *ratione*.

Ego iam transacta re convertam me domum cum obſonio. 85)
CTES. Ita quaeſo. Quando 86) *) bene ſucceſſit, hilarem hunc ſumamus diem.

(Actus III. Scena I. SOSTRATA. CANTHARA.) 87)

SOS. Obſecro mea nutrix, quid nunc fiet? 88) CANT. Quid nunc fiet *) rogas?
Recte edepol ſpero. SOS. Modo dolores 89) mea 90) tu occipiunt primulum. 91)
CANT. Iam nunc times quaſi nunquam affueris, nunquam tute 92) pepereris.
SOS. Miſeram me. neminem habeo. ſolae ſumus. Geta 93) autem hic non adeſt.
Nec quem ad obſtetricem mittam, nec qui accerſat *) Aeſchinum.
CANT. Pol. is 94) quidem iam hic aderit. Nam nunquam unum intermittit diem,
Quin ſemper veniat. SOS. Solus 95) mearum eſt miſeriarum remedium.

85) pulmento 86) ſiquidem vel bene (*dele* vel bene) *) *edit. addit.* hoc *probante Bentl.* 87) *Eadem manus, quae initio actus primi et ſecundi notam appinxit, haec notavit.* Hactenus dicta eſt res Cteſiph. ſub perſona Aeſchini. Modo incipit pars tertius (*l.* tertia) de vera re Aeſchini cum cive paupercula quam vitiatam gravidaverat 88) vel fiet *) *edit.* quid fiat 89) parturitionis 90) o mea 91) meae filiae 92) tu ipſa 93) ſervus noſter *) *edit.* arceſſat 94) Aeſchinus 95) ille Aeſchinus.

---

23. *hilarem hunc ſumamus diem*] rectiſſime Bentlei. e Chariſio veteri grammatico emendat *hilare hunc ſumamus diem. Hilare* veteres dicebant pro *hilariter* ut *hilarus* pro *hilaris. Sumere* eſt conſumere. Plaut. in Pſeud. V. 1. 23.

CANT. Erae 96) natae *) melius fieri haud potuit, quam factum eſt era. 97)
Quando 98) vitium 99) oblatum eſt, quod 1) ad illum 2) attinet potiſſimum
Talem 3) tali genere atque animo natum ex tanta familia.
SOS. Ita pol eſt ut dicis. 4) Salvus nobis deos quaeſo ut ſiet.

(Actus III. Scena II. GETA. SOSTRATA. CANTHARA.)

GE. 5) Nunc illud 6) eſt, quod ſi omnia omnes ſua conſilia conferant,
Atque huic malo 7) ſalutem quaerant, auxilii nihil afferant,
Quod mihique eraeque filioque herili eſt. Vae miſero mihi.
Tot res repente circumvallant, unde emergi non poteſt
Vis 8) egeſtas, iniuſticia, 9) ſolitudo, 10) infamia.
Hocine ſaeclum? 11) o ſcelera, o genera ſacrilega, hominem impium.

96) filiae tuae *) *edit.* E re nata 97) o era, domina 98) ſiquidem 99) ſtuprum peractum 1) vitium 2) Aeſchinum 3) virum 4) nemo potuit melius evenire (l. divinare) 5) ſecum loquitur 6) malum 7) quod accidit de Aeſchino 8) id eſt vis 9) illata ab Aeſchino 10) quia ſine amatore eſt domina 11) tale eſt ſeculum id eſt peſſimum eſt.

Act. III. Scen. 1.

8. *E re nata*] i. e. quando res ita cecidit, quando reliqua ita ſe habent, qua formula utuntur quibus quid contra voluntatem ita accidit, ut tamen incommodum cum aliquo commodo coniunctum ſit. v. Donat. ad h. l. Cic. ad Attic. VII. 8. XIV. 6. Quodſi retineamus librorum fere omnium ſcripturam probatam Bentleio *e re natae* intelligendum eſt ex commodo filiae tuae. Sic dicitur *e re mea*, *e re tua* etc.

Act. III. Scen. 2.

4. *circumvallant*] i. e. obſident, angunt. v. P. Victorii var. lection. II. 16.

SOS. Me miſeram. quidnam eſt quod ſic video timidum et properantem Getam?
GE. Quem [12]) neque fides, [13]) neque ius iurandum, [14]) neque illum miſericordia
Repreſſit, neque reflexit, neque quod partus inſtabat prope,
Cui miſerae indigne per vim vitium [15]) obtulerat. SO. Non intelligo
Satis quae loquatur. CAN. Propius obſecro accedamus Soſtrata. GE. [16]) Ah.
Me miſerum. vix ſum compos animi. ita ardeo iracundia.
Nihil eſt quod malim quam illam [17]) totam familiam dari mihi obviam,
Ut iram hanc in eos evomam omnem, dum aegritudo [18]) haec eſt recens.
Satis mihi id habeam ſupplicii, dum illos ulciſcar [19]) modo.
Seni [20]) animum *) primum extinguerem ipſi, qui illud produxit ſcelus,
Tum autem Syrum impulſorem. [21]) Vah, quibus illum lacerarem modis? *)

12) Aeſchinum 13) quam promiſit 14) quod iurarat dominae 15) ſtuprum 16) ſecum 17) Aeſchini 18) antequam deferveat iracundia 19) *mutatum in* ulciſcor. vindictam ſumo de illis 20) Micioni *) *edit.* animam *probante Bentl. et ſic correct. in MS.* 21) coactorem huius rei *) *edit. ſine interrogat.*

---

8. *neque illum miſericordia*] mira venuſtas et vis eſt in abundanti ut videtur pronomine *illum* quod inepti magiſtelli mutarunt in *ulla* Horat. I. 9. 13. ubi v. Bentl. Virgil. Aen. V. 457. *nunc dextra ingeminans ictus nunc ille ſiniſtra:* v. cl. Erneſtum ad Callimach. in Dian. v. 150.

10. *vitium*] ſtuprum. Gell. II. 23. v. Bentl. ad Horat. Carm. III. 27. 39.

16. *animam*] i. e. vitam Lactant. III. 18. *exſtincta innocentis anima inulta eſſe non poteſt* et VI. 11. *animas hominum, ne exſtinguantur, humanitate ſuſtenta.*

produxit] i. e. procreavit. Hor. carm. ſecul. v. 17.

Sublimem [22]) per *) medium arriperem, et capite primum **) in terram ſtatuerem,
Ut cerebro [23]) diſpergat [24]) via. [25])
Adulescenti [26]) ipſi eriperem oculos. Poſt haec praecipitem darem.
Caeteros ruerem, [27]) agerem, raperem, tunderem, et proſternerem.
Sed ceſſo [28]) eram [29]) hoc malo impertire *) [30]) propere. [31]) SO. Revocemus. [32]) Geta [33]) hem. [34])
GE. Quisquis es ſine me. SO. Ego ſum Soſtrata. GE. Ubi ea eſt? Te ipſam quaerito,
Te expecto oppido. [34]) *) oportune te obtuliſti mihi obviam,
Era [35]) SO. Quid eſt? quid trepidas? GE. Ei [36]) mihi. SO. Quid feſtinas mi Geta?
Animum recipe. GE. Prorſus. [37]) SO. Quid iſtuc prorſus ergo eſt? GE. Perimus, *)

22) illum *) *edit. omitt.* per **) *edit. omitt.* primum 23) ſuo diſrupto 24) aſpergat 25) vel viam *atque ſic edit. probante Bentl.* 26) Aeſchino 27) inſequerer 28) cur ceſſo 29) dominam *) *edit.* impertiri 30) participem facere 31) vel? *atque ſignum interrog. in edit.* hypallage eſſe poteſt ut dicatur: ſed ceſſo hoc malum impertire 32) Getam 33) o Geta 34) valde *) *edit. diſting. poſt* expecto 35) o domina 36) vae 37) exhanclati (l. exhalati) hominis exprimit geſtum *) *edit.* periimus.

---

18. *capite primum in terram ſtatuerem*] veriſſime viri doctiſſimi emendarunt *capite pronum in terram* ſtatuerem h. e. praecipitem in terram ſtatuerem. Catull. Carm. XVII. 8. Virg. Aen. I. 115. *pronusque magiſter volvitur in caput* v. Bentlei. ad h. l.

21. *ruerem*] ruere activum eſt omnibus viribus impellere. Virg. Aen. XII. 454. *ruet omnia late* Valer. Flacc. III. 102. v. Lambin. ad Lucret. I. 273. et Heinſ. ad Virg. Aen. VIII. 63.

agerem] i. e. propellerem Sueton. in Caeſ. c. 68. v. Burmann. ad Phaedr. IV. 12. 3.

26. *animam recipe*] i. e. reſpira. *Anima* ſaepe dicitur anhelitus in Phorm. V. 6. 29. et cl. Valkenar. ad Euripid. Phoeniſſ. v. 858.

Actum est. SO. Eloquere **) obsecro te quid sit. GE. Iam. 38) SO. quid iam Geta?
GE. Aeschinus. SO. Quid is 39) ergo? GE. Alienus est ab nostra familia.
SO. Hem perii. quare? GE. Amare occepit aliam. SO. Vae miserae mihi.
GE. Neque id occulte fert; ab lenone ipsus eripuit palam.
SO. Satine hoc certe? GE. Certe hisce oculis egomet vidi Sostrata.
SO. Me *) miseram, quid iam credas? aut cui credas? **) nostrum ***) Aeschinum
Nostram vitam omnium in quo nostrae spes opesque omnes sitae —
Erant, 40) qui sine hac iurabat se unum nunquam victurum diem,
Qui se in sui gremio positurum puerum 41) dicebat, patres *)
Ita obsecraturum ut liceret hanc sibi uxorem ducere.

) *edit. addit.* ergo 38) fecit se alienum 39) Aeschinus *) *edit.* ah me **) *edit. sine signo interrogat.* *) *edit.* nostrumne, *cum signo interrogat. post* Aeschinum 40) qui gubernaret omnem familiam 41) ex ea natum *) *edit.* patris *et interpungit post hanc vocem.*

---

30. *Neque id occulte fert*] i. e. non dissimulat, palam fatetur. Cic. pro Cluent. c. 19. Contra *palam* vel *aperte ferre* est publice dicere. Liv. II. 54. v. Drakenb. ad Liv. XXXII. 29.

ab lenone eripuit] h. e. lenoni eripuit. Viri docti comparant illud Cicer. pro Marcello c. 10. *arma ab aliis erepta sunt* pro *aliis* quanquam Graevius eo loco scriptum putat *arma aliis erepta* sunt, ac forte melius hic fuerit, *a lenone* accipere pro *ex aedibus lenonis.*

33. *spes opesque*] spes et opes saepe iunguntur Seneca ep. 48. *in te spes opesque sunt* in Phorm. III. 1. 6. v. Cort. ad Sallust. Catil. c. 21.

35. *in gremio positurum*] vetustissimus mos fuit iam ab heroicis ductus temporibus, ut filii pueros recens natos in patrum

GE. Era lacrumas mitte, 42) ac potius quod ad hanc rem opus eſt porro conſule,
Patiamurne, 43) an narremus cuipiam. 44) SO. *) Au, au, mi homo. ſanus non es. **)
An proferendum 45) hoc tibi videtur unquam? *) GE. Mihi quidem non placet.
Iam primum illum alieno animo ab nobis eſſe, res ipſa indicat.
Nunc ſi hoc palam proferemus *) ille inficias ibit. 46) Sat ſcio *)
Tua fama, et gnatae vita in dubium veniet. Tum ſi maxime
Fateatur, 47) cum amat *) aliam, non eſt utile hanc illi dare.
Quapropter quoquo pacto celato 48) *) eſt opus. SO. Ah. minime 49) gentium
Non faciam. 50) GE. Quid agis? SO. Proferam. GE. Hem mea Soſtrata, vide quam rem agas. 51)
SO. Peiore res loco non poteſt eſſe, quam in quo nunc ſita eſt.
Primum indotata eſt, 52) tum praeterea quae ſecunda ei dos erat 53)
Periit. Pro virgine dari nuptum 54) non poteſt. hoc reliquum eſt.

42) omitte 43) hoc celare 44) vel? *) *edit. falſo tribuit* Ca. **) *edit.* ſanusne es 45) publicandum aliquo loco, *) *edit.* usquam eſſe *Bentl. probat* usquam, *reiicit* eſſe *) *edit.* proferimus 46) in negationes ac per hoc negabit a ſe factum *) *edit. diſting. poſt* ſcio 47) hanc ſe velle habere *) *edit.* amet. 48) celatu *) *edit.* tacito 49) nequiſſime 50) non celabo 51) conſidera quid nunc agas 52) non accepit dotem 53) virginitas 54) ad nubendum.

---

gremio ponerent. v. Homer. Iliad. Θ. 455. et Tanaquill. Fabrum ad h. l.

47. *ſecunda dos*] intelligit virginitatem vel pudicitiam illibatam. Plaut. in Amphitr. II. 2. 209.

Si infitias ibit, teftis mecum eft anulus, quem amiferat.
Poftremo quando ego mihi confcia fum, a me culpam hanc effe procul
Neque pretium neque rem ullam interceffiffe, illa 55) aut me 56) indignam Geta 57)
Experiar 57 a) GE. Quid? iftic accedo 58) ut melius dicas. 59) SO. In quantum potes
Abi atque Hegioni cognato huius 60) rem enarrato *) omnem ordine.
Nam is noftro Simulo 61) fuit fummus, et nos coluit 62) maxime.
GE. Nam hercle alius nemo refpicit nos. SO. Propera, tu mea Canthara 63)
Curre, obftetricem arceffe 64) ut cum opus fit, ne in mora nobis fiet.

(Actus III. Scena III. DEMEA. SYRUS.)

DEM. 65) Difperii. 66) Ctefiphonem audivi filium
Una 67) affuiffe in raptione cum Aefchino 68)
Id mifero reftat mihi mali, fi illum 69) poteft
Qui alicui rei 70) eft etiam ad nequitiam eum *) adducere. 71)

55) filia 56) ablativus 57) re o Geta 57 a) probabo iudicio 58) faciam tecum 59) hanc caufam 60) puellae *) *edit.* narrato 61) marito 62) dilexit 63) nutrix Pamphilae erat. 64) vel accerfe *probante Bentl.* 65) Demea audiens filium fuum Ctefiphonem participem effe rapinae in haec verba prorupit 66) valde perii 67) fimul 68) fratre fuo 69) Ctefiphonem 70) alicuius bonitatis *) *ed. omitt.* eum *rectiffime* 71) focium.

---

52. *experiar*] fcilicet iure vel actione i. e. in ius vocabo. Cic. pro Rofcio Comoedo c. 9. et fimpiiciter experiri pro Coelio c 8.

accedo ut melius dicas] Bentlei. legit *cedo ut melius dicas* hoc fenfu: concedo tibi, te melius dicere.

Act. III. Scen. 3.

4. *qui alicuius rei eft*] h. e.

Ubi ego illum 72) quaeram? Credo abductum in ganeum. 73) *)
Aliquo 74) perſuaſit ille impurus 75) ſat ſcio.
Sed eccum Syrum ire video, hinc ſcibo 76) ubi ſiet
Atque hercle; hic de grege illo 77) eſt. Si me ſenſerit
Eum quaeritare, nunquam dicet carnifex.
Non oſtendam id me velle. SYR. 78) Omnem rem 79) modo ſeni 80)
Quo pacto haberet enarramus 81) ordine.
Nihil vidi quicquam laetius. DEM. Pro Iuppiter
Hominis 82) ſtultitiam. SYR. Conlaudavit filium.
Mihi qui id dediſſem conſilium, egit gratias
DEM. Disrumpor. 83) SY. Argentum annumeravit ilico.
Dedit praeterea inſumptum, 84) *) dimidium minae;
Id diſtributum ſane eſt ex ſententia. 85) DE. Hem.
Huic 86) mandes ſi quid recte curatum velis.

72) Cteſiphonem 73) lupanar *) *edit. diſting. poſt* aliquo 74) in aliquam partem 75) Aeſchinus 76) interrogabo 77) raptorum 78) Omnem rem quam fecerant Aeſchinus et Syrus in raptu, narraverunt Micioni et poſt loquebatur ſecum Syrus 79) de raptu mulieris 80) Micioni 81) enarravimus 82) fratris mei qui de hoc gaviſus eſt 83) dirrumpor. vel irrumpor. iracundia 84) expenſam *) *edit. diviſim.* in ſumptum 85) ex voluntate noſtra 86) fratri meo.

---

qui frugi eſt, qui probus et utilis eſt. Sic contra *nullius rei* eſſe pro inutilem eſſe.

11. *quo pacto ſe haberet*] Frequens eſt *ſic ſe res habet* ſed non minus recte dicitur *ſic res habet* Liv. XXII. 39. ubi v. Drakenb.

15. *diſrumpor*] ſcilicet dolore. Cic. ad Attic. VII. 12.

16. *dedit in ſumtum*] i. e. unde ſumtum faceremus, pro quo dixit in Heaut. V. 1. 57. *ſuppeditare ſumptibus* Cic. ad Div. IX. 20. *cum in ſumtus* habebas ubi v. Manut. ad Attic. VIII. 5. Sen. de Benefic. II. 10. ubi hoc loquendi genus egregie explicat Gronovius.

SYR. Ehem Demea 87) haud aſpexeram te: quid agitur?
DEM. Quid agatur? veſtram nequeo mirari ſatis
Rationem. SY. Eſt hercle inepta, 88) ne dicam dolo, 89)
Atque abſurda. Piſces caeteros purga, Dromo 90)
Congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere
Pauliſper; ubi ego venero, exoſſabitur. 91)
Prius nolo. DEM. Haeccine flagitia? SY. Mihi quidem non placent 92)
Et clamo ſaepe. 93) Salſamenta haec Stephanio 94)
Fac macerentur pulchre. DEM. Dii voſtram fidem 94 a)
Utrum ſtudio 95) ne *) id ſibi habet, 96) an laudi putat
Fore ſi perdiderit gnatum? vae miſero mihi.
Videre videor iam diem illum, cum hic *) egens
Profugiet 97) aliquo 98) militatum. SYR. O Demea.
Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes 99) modo eſt
Videre, ſed etiam illa quae futura ſunt
Proſpicere. DEM. Quid, iſtaec iam penes vos pſaltria 1) eſt?

87) o Demea 88) ratio quam fecimus 89) fraudulentia 90) o Dromo. convertit ſe ad Dromonem 91) minutatim caedetur 92) haec flagitia 93) non placere mihi 94) o Stephanio 94 a) teſtor 95) pro ſtudio *) *edit.* ſtudione 96) Micio *) *edit.* hinc 97) ex iſta regione 98) in aliquam partem 99) in praeſentia 1) nomen meretricis quam rapuerant, ab officio ita dicta.

---

23. *ludere*] i. e. huc illuc natare, vagari. Cic. in Arateis v. 328. v. Serv. ad Aen. VIII. 632.

26. *clamo*] clamando obiurgo. infra IV. 7. 9. Petron. c. 46. *ideo illi quotidie clamo*, ubi v. Burmann. p. 312.

28. *utrum ſtudione*] per tmeſin dicitur pro utrumne ſtudio. infra IV. 5. 28. *quid illam ni abducat* pro *quidni illam abducat.* v. Donat. ad h. l.

Videre videor] elegans locucio et Ciceroni familiaris. Catil. IV. 6. *videor mihi hanc urbem videre uno incendio* etc. v. Bentlei. ad Horat. II. 1. 21.

32. *quod ante pedes eſt*] i. e. quod praeſens eſt Cic. de Orat. III. 40. v. Lindenbrog. ad h. l.

SYR. Etiam *) intus. DEM. Ebo. An domi est habiturus? 2) SY. Credo ut est
Dementia. DEM. Haeccine 3) fieri? 3a) SY. Inepta lenitas
Patris et facilitas 4) prava. DEM. Fratris 5) me quidem
Pudet pigetque. SY. Nimium inter vos Demea, 6) ac,
Non quia ades praesens 7) dico hoc, pernimium inter 8) est.
Tu quantus quantus, 9) nihil nisi sapientia es.
Ille somnium, futilis. *) 10) Sineres 11) vero illum 12) tuum
Facere haec? DEM. Sinerem illum, aut non sex totis mensibus
Prius olfecissem, 13) quam ille quicquam coeperet? 14) *)
SY. Vigilantiam 15) suam tu mihi narras. DEM. Sic fiet, *) 16) modo
Ut nunc est quaeso. SYR. Ut quisque 17) vult suum 18) esse, ita est.

*) *edit.* ellam. 2) illam 3) flagitia posse 3 a) credere 4) licentia 5) mei Micionis officio 6) o Demea 7) vel praesto 8) distat 9) quantuscumque *) *edit. omitt.* futilis *probante Bentl.* 10) vanitas 11) permitteres 12) filium 13) praescirem 14) coepisset. vel coeperit *) *edit.* coeperit *improbante Bentl.* 15) industriam *) *edit. interpungit post* modo 16) ille meus filius 17) ex nobis 18) filium.

---

et Cort. ad Sallust. Catil. c. 16.

39. *ades praesens*] haec verba interdum iunguntur Plaut. in Amphitr. III. 3. 23. Cic. de Offic. I. 4. Tusc. quaest. IV. 7.

40. *quantus quantus*] i. e. quantuscunque. in Phorm. IV. 7. 10. *quanta quanta haec mea paupertas est.* Sic *quisquis* pro quicunque, *quodquod* pro quodcunque et, quod cadentis latinitatis est, *qualis qualis* pro qualiscunque v. Duker. de latinit. veter. ICtorum p. 323.

41. *somnium*] i. e. homo vanus et stolidus. Ad eum modum Petron. c. 38. dixit *phantasia non homo* ubi v. Burmann.

43. *olfecissem*] i. e. sensissem.

DEM. Quid? *) eum vidiſtin hodie? SYR. Tuumne filium?
DEM. **) Abiit hinc rus? [19]) *) SYR. Iam dudum aliquid ruri agere arbitror.
DEM. Satin ſcis ibi eſſe? SYR. Oh, qui egomet produxi? **) [20]) DEM. Optume eſt;
Metui ne haereret hic. [21]) SYR. Atque iratum admodum.
DEM. Quid autem? [22]) SYR. Adortus [23]) eſt iurgio fratrem apud forum
De pſaltria hac. [24]) DEM. Ain vero? SYR. Vah, nihil reticuit.
Nam ut numerabatur [24 a]) forte argentum, intervenit
Homo [25]) de improviſo, coepit clamare. O Aeſchine,
Haeccine flagitia facere te, haec te admittere
Indigna generi [26]) noſtro? DEM. Ohe lacrumo gaudio [27])
SYR. Non tu [28]) argentum hoc perdis, ſed vitam tuam.
DEM. Salvus ſit, ſpero. eſt ſimilis maiorum ſuorum. SYR. Hui

*) *edit. ponit interrogation. poſt* eum **) *edit. tribuit Syro. male ut recte iudicavit Zeun. Bothius ergo Demeae tribuit ſed* hunc, *quanquam bona lectio, eſt apud eum ex mendo typograph.* 19) vel abigam hunc, *atque ita in cod. olim lectum eſſe oſtendit litura; unde corrector ſuam lectionem hauſerit neſcio. nam* *) *edit. quas conſului omnes* abigam hunc **) *edit. non interrogat.* 20) illum deduxi rus neſcirem. Qui *igitur habuit gloſſator,* quo *ſenſu ſexcenties occurrit, pro* quomodo. *Hanc eſſe vetuſtiorum codd. lectionem, ſed* quin *mediocrium et* quem *recentiorum affirmat Bentl.* 21) ſocietati Aeſchini 22) deludebat eum in his omnibus 23) aggreſſus 24) iſtac 24 a) ab Aeſchino 25) Cteſipho 26) vel generet *ſic eſt in edit.* 27) prae gaudio 28) hoc dicebat ei etiam.

Cic. de lege agrar. I. 4. Sic frequens eſt *odorari.* v. Hemſterhuſ. ad Luciani Timon. p. 159.

52. *ut numerabatur*] i. e. dum numerabatur Horat. Serm. I. 5. 15. ubi v. Bentlei.

DEM. Syre 29) praeceptorum plenus eſt iſtorum ille. 30) SYR. Phy. 31)
Domi habuit 32) unde diſceret. DEM. Fit ſedulo. 33)
Nihil *) praetermitto. Conſuefacio, denique
Inſpicere 34) tamquam in ſpeculum vitas *) omnium
Iubeo atque ex aliis ſumere exemplum ſibi;
Hoc facito. 35) SYR. Recte ſane. DEM. hoc fugito. SYR. Callide.
DEM. Hoc laudi eſt. SYR. Iſtaec res eſt. DEM. Hoc vitio datur. 36)
SYR. Probiſſume. 37) DEM. Porro 38) autem. SYR. Non hercle otium eſt
Nunc mihi auſcultandi. Piſces ex ſententia 39)
Nactus ſum. hi mihi ne corrumpantur cautio eſt 40)
Nam id 41) nobis tam flagitium eſt, quam illa Demea
Non facere vobis quae modo dixti, et quod queo
Conſervis ad eundem iſtunc praecipio modum.
Hoc ſalſum eſt, hoc aduſtum eſt, hoc lautum eſt parum.

29) o Syre 30) filius meus 31) interiectio 32) id eſt te 33) docetur a me *) *edit.* nil 34) providere ſibi *) *edit.* in vitas 35) dico illi 36) pro vitio imputatur 37) probabiliter 38) volebat adhuc dicere 39) ex voto 40) cavendum eſt 41) cavere ne piſces corrumpantur.

---

59. *domi habuit unde diſceret*] Hoc proverbium de iis dicitur, qui non coguntur ab aliis ſumere. Plaut. in Trucul. II. 5. 4. Cic. ad Div. IX. 3. v. Savaronem ad Sidonium Apoll. p. 451.

61. *Inſpicere tanquam in ſpeculum in vitas omnium*] Sic legitur in codice Bembino omnium veterrimo et ſic edidit Bentlei. Vulgares editiones habent *inſpicere tanquam in ſpeculum vitas omnium*, quam lectionem Burmannus ad Petron. 84. p. 538. confirmari putat loco Ciceronis in Piſon. c. 29. Sed utriusque loci diverſa ratio eſt, ne dicam lectionem *in vitas* planiſſime confirmari v. 74.

71. *lautum*] lautum dicitur de cibis et cenis, quas coquus arte et eleganter apparavit. v.

Illud recte. Iterum ſic memento. Sedulo
Moneo quae poſſum pro mea ſententia.
Poſtremo tamquam in ſpeculum 42) in patinas 43) Demea
Inſpicere iubeo, et moneo quid facto uſus ſiet. 44)
Inepta haec eſſe nos quae facimus ſentio.
Verum quid facias? Ut homo eſt, 45) ita morem geras.
Nunc *) quid vis? 46) DEM. Mentem vobis meliorem dari. 47)
SYR. Tu rus hinc abis? *) DEM. Recte. SYR. Nam quid tu hic agas, 48)
Ubi ſi quid bene praecipias, nemo obtemperat?
DEM. Ego vero hinc abeo, quando is, 49) quamobrem huc veneram
Rus abiit. Illum curo unum. Ille ad me attinet,
Quando, 50) ita vult frater, de iſtoc ipſe viderit.
Sed quis illic eſt procul quem video? Eſtne Hegio
Tribulis noſter. 51) Si ſatis cerno is hercle eſt. Vah

42) vel ſpeculo 43) paratas a me 44) opus ſit 45) iſte frater tuus Micio *) *edit.* num *probante Bentl.* 46) mihi amplius dicere 47) opto *) *edit.* ibis *probante Bentl.* 48) apud fratrem tuum 49) Cteſipho filius meus 50) quia 51) ex noſtra tribu.

Cic. ad Div. IX. 16. et ibi Manut.

77. *ut homo eſt ita morem geras*] i. e. ut hominum mores ſunt et ingenia, ita illis obtemperandum eſt. Sumſit Terent. a Plauto in Moſtell. III. 2. 34.

78. *mentem vobis meliorem dari*] bonam mentem precabantur iis, quos inſanire vel ſibi male conſulere iudicabant. Sen. controverſ. IV. 25. ubi. v. Gronov. Ut *bona mens* eſt ſana, ſic *mala mens*, conſilii expers, non ſana, ſtulta. Flor. II. 6. 313. ubi v. Duker.

83. *de hoc ipſe viderit*] elegans formula eorum qui curam alicuius rei ad alium reiiciunt. Ov. epiſt. 12. 211. Sen. de Benef. II. 14. *viderit; de ſe non de me queretur.* Hanc formulam pulchre illuſtrant interpretes ad Ovid. I. ex Ponto 2. 9.

Homo amicus nobis [52] iam inde a puero. Dii boni.
Ne [53] illiusmodi iam magna nobis civium
Penuria eſt? [54] Homo antiqua virtute ac fide.
Haud cito [55] mali quid ortum ex hoc [55 a] ſit publice [*]
Quam [56] gaudeo. Ubi etiam huius [57] generis reliquias
Reſtare video? [*] Vah, vivere etiam nunc lubet.
Operiar hominem hic, ut ſalutem et conloquar.

(Actus III. Scena IV. HEGIO. GETA. DEMEA. PAMPHILA.)

HE. Pro Dii immortales, facinus indignum, Geta. [58]
Quid narras? GE. [59] Sic eſt factum. HE. Ex illan familia
Tam inliberale [60] facinus eſſe ortum? [61] O Aeſchine.

52) ephexegeſis 53) nonne 54) talium qualis Hegio noſter 55) deeſt quid i. e. num quid ſit 55 a) Hegione *) *edit. finit hac voce ſententiam* 56) multum 57) Hegionis *) *edit. non interrogat.* 58) o Geta 59) Geta cum veniente Hegione quem adducebat, ſermocinabatur de hoc facto 60) inhumanum, inhoneſtum 61) credere potui.

---

88. *antiqua virtute*] *antiquus* ſaepe dicitur de moribus candidis et ſimplicibus, quales apud antiquos fuerunt. Plaut. in Capt. I. 2. 20. Cic. pro Quint. c. 22. pro Sext. c. 3. v. Lambin. ad Horat. Serm. II. 7. 23.

89. *haud cito mali quid ortum etc.*] h. e. non facile damno aut malo afficiet rempublicam. *Cito* eſt facile Cic. in Brut. c. 76. *Publice* eſt in rempublicam. Praepoſitio *ex* ponitur pro *ab* v. Duker. ad Flor. I. 7. p. 65.

91. *vivere etiam nunc lubet*] tale votum apud Plin. in Panegyr. c. 22. ubi v. Schwarz.

Pol haud paternum [62] istuc dedisti. DE. Videlicet [63]
De psaltria hac audivit. [64] Id illi nunc dolet
Alieno. [65] pater is nihili pendit. [66] Ei mihi.
Utinam hic prope adesset [67] alicubi, atque audiret haec.
HE. Nisi facient, quae illos aequum est, haud sic afferent [68] *)
GE. In te spes omnis Hegio [69] nobis sita est.
Te solum habemus, tu es patronus, tu pater.
Ille [70] tibi moriens nos commendavit senex.
Si deseris tu, perimus. HE. Cave dixeris [71])
Neque faciam, [72] neque me satis pie arbitror posse.
DEM. Adibo. Salvere Hegionem plurimum
Iubeo. HE. Te quaerebam ipsum. Salve Demea.
DE. Quid autem? HE. Maior filius tuus Aeschinus
Quem fratri adoptandum dedisti, neque boni
Neque liberalis functus officium est viri.
DE. Quid istuc est? HE. Nostrum amicum noras simulum
Atque aequalem? DE. quidni? [73] HE. Filiam eius virginem
Vitiavit. DE. hem. HE. Mane. [74] nondum audisti Demea [75]
Quod est gravissimum. DE. An quicquam est etiam amplius?

62) non patrissas 63) certe 64) Hegio 65) Hegioni qui non est parens Aeschini 66) Micio frater 67) Micio 68) Aeschinum de filia Sostratae *) *edit.* auferent, *probante Bentl. et sic nunc MS.* 69) o Hegio 70) Simmulus maritus Sostratae 71) socios perituros 72) ut vos deseram 73) certe 74) expecta 75) o Demea.

Act. III. Scen. 4.

4. *haud paternum istuc dedisti*] i. e. non fecisti illud facinus patrem imitatus. *Dare* est facere ut Eun. V. 2. 60.

8. *haud sic auferent*] scilicet inultum. v. not. ad Andr. III. 5. 4.

13. *satis pie*] i. e. salvo officio quod cognatis debetur.

HE. Vero amplius. Nam hoc quidem ferendum aliquo modo eſt
Perſuaſit, nox, amor, vinum, adoleſcentia. humanum eſt.
Ubi ſcit 76) factum, ad matrem virginis
Venit ipſus ultro, lacrumans, orans, obſecrans,
Fidem dans; iurans, ſe illam ducturum domum.
Ignotum eſt, tacitum eſt, creditum eſt. Virgo ex eo
Compreſſu gravida facta eſt; menſis hic decimus eſt.
Ille bonus vir nobis ſi diis placet pſaltriam
Paravit, quicum 77) vivat, illam 78) deſerat.
DE. Pro certon 79) tu iſtaec dicis? HE. Mater virginis
In medio eſt. ipſa virgo. res ipſa. hic Geta
Praeterea ut captus 80) eſt, ſervulorum *) non malus, 81)

76) a ſe ita 77) cum qua 78) filiam Soſtratae 79) an pro certo 80) poſſibilitas *) *edit.* ſervorum *improbante Bentl. Eadem interpungit poſt h. vocem probante Bentl.* 81) ſervus eſt.

---

24. *perſuaſit nox, amor, vinum*] comparandum Callimachi epigramma 44. ακϱητος και ερως μ' ηναγκασεν Ovid. Amor. I. 6. 59. ubi v. Burmann. Terentium imitatur Lactant. de ira Dei c. 20. *multa ſunt quae ad peccandum irritant aetas, violentia, egeſtas, occaſio, praemium.*

29. *compreſſu*] Sic Plaut. in Epid. IV. 1. 15. Terent. in Phorm. V. 8. 29. *vinolentus mulierculam compreſſit* i. e. vitiavit.

32. *pro certo*] i. e. tanquam certum. Salluſt. in Catil. c. 15. Notandum eſt *pro certo* dici in ſingulari, quamvis praecedat pluralis *iſtaec,* quod loquendi genus vindicavit Duker. ad Liv. I. 3.

33. *in medio eſt*] h. e. praeſens eſt, ut interrogari poſſit. Sic in medio poſita opponuntur reconditis. v. Cic. de Orat. I. 3. Contra *e medio excedere* in Hec. IV. 3. 14. eſt ſubducere ſe ex oculis hominum. Sueton. in Caeſ. c. 1.

34. *ut captus eſt ſervorum*] hac formula utuntur de iis, qui non magnam laudem merentur Cic. Tuſc. quaeſt. II. 27. Caeſ. de B. G. IV. 3.

Neque iners, alit 82) illas ſolus, *) omnem familiam
Suſtentat. hunc 83) abduce, 84) vinci, 85) quaere rem 86)
87) Immo hercle extorque, niſi ita factum eſt Demea 88)
Poſtremo non negabit, coram ipſo, 89) cedo 90)
DEM. Pudet, nec quid agam, nec *) quid huic 91) reſpondeam
Scio. INTUS 92) *) Miſeram me, differor 93) doloribus.
Iuno Lucina fer opem, ſerva me obſecro. HE. Hem
Numnam illa quaeſo parturit? GE. Certe Hegio. HE. Hem.
Illaec fidem nunc veſtram implorat Demea.
Quod vos vis 94) cogit, id voluntate impetret. 95)
Haec primum ut fiant Deos quaeſo, ut vobis 96) decet
Sin aliter animus voſter eſt, ego Demea
Summa vi defendam hanc 97) atque illum mortuum. 98)

82) ipſe Geta *) *edit. diſting. poſt* illas 83) Getam 84) abduc 85) liga 86) inveſtiga diligenter 87) *Quae ſequuntur verba, edit. tribuit Getae. Sed num probabile eſt, Getam de ſe dicturum eſſe, ſe* proſtremo *non negaturum eſſe? Aptius haec ab Hegione prolata dicuntur.* 88) o Demea, ſicut ego tibi dico 89) Aeſchino 90) dic me dicere ita *) *edit.* neque *probante Bentl.* 91) Hegioni 92) Clamat parturiens *) *edit.* PAM. 93) crucior 94) violentia facere 95) ut filius veſter non abſtrahatur ab illa 96) vel nobis 97) Soſtratam 98) Simulum virum eius.

---

37. *extorque*] pro *torque*, compoſit. pro ſimplici.

40. *differor doloribus*] i. e. divellor, excrucior. Plaut. in Mil. glor. IV. 4. 27. v. Lambin. ad Horat. Epod. X. 6.

44. *quod ius cogit*] Bentl. recte legit *quod vis cogit* ſcilicet legum. in Phorm. I. 4. 37.

voluntate] i. e. ſponte veſtra, vobis volentibus. in Phorm. V. 3. 2. Rutil. Lup. I. 63. v. interpret. ad Liv. V. 17.

Cognatus mihi erat, una a pueris parvulis
Sumus educati, una ſemper militiae 99) et domi
Fuimus, paupertatem una pertulimus gravem.
Quapropter nitar, faciam, experiar. Denique
Animam relinquam potius, quam illas deſeram.
Quid mihi reſpondes? DE. Fratrem conveniam Hegio 1)
Is 2) quod mihi de hac re dederit conſilium, id ſequar.
HE. Sed Demea, hoc tu facito; cum animo 2) cogites 3)
Quam 4) vos facillime agitis, 5) quam eſtis maxime
Potentes, dites, fortunati, nobiles;
Tam maxime 5a) vos aequo animo, aequa noſcere
Oportet, ſi vos vultis perhiberi probos. 6)
DE. Redito, 7) fient, quae fieri aequum eſt omnia.
HE. Decet te facere. 8) Geta 9) duc me ad Soſtratam.
DE. Non me indicente 10) haec fiunt. Utinam hoc 11) ſit modo
Defunctum. 12) Verum nimia illaec licentia
Profecto evadet 13) in aliquod magnum malum.
Ibo et requiram fratrem 14) ut in eum haec evomam.

99) adverbialiter 1) o Hegio 2) frater meus 2a) tuo 3) fac ut Aeſchinus illam ducat 4) quantum 5) quicquid vultis 5a) tantum 6) teſtimonium probitatis vultis habere a plebeio populo 7) recede 8) o Demea quae dicis 9) o Geta 10) praecipiente 11) malum 12) finitum 13) eveniet 14) Micionem.

---

55. *cum animo cogites*] Cic. agrar. II. 24.

56. *Quam vos facillime agitis*] ſcil. vitam. *Facile vivere* dicuntur qui ex animi ſententia ſine moleſtiis cum ſumtuum tolerandorum tum aliarum rerum vivunt. Sueton. in Terentii vita c. 1. *qui agitabant nobiles facillime* v. Graev. ad Cic. ad Div. III. 12.

62. *me indicente*] i. e. tacente, nihil dicente. Rariſſimum verbum etiam occurrit apud Liv. XXII. 39. *duo boni conſules etiam me indicente omnia repu-*

(Actus III. Scena V. HEGIO.)

Bono animo fac ſis Soſtrata et iſtam [15]) quod potes
Conſolere. [16]) Ego Micionem ſi apud forum eſt
Conveniam [17]) atque ut res geſta eſt, narrabo ordine.
Si eſt facturus ut ſit officium ſuum, [18])
Faciat. Sin aliter de hac re eſt eius ſententia,
Reſpondeat mihi, ut quid agam quam primum [19]) ſciam

(Actus IV. Scena I.) CTESIPHO. SYRUS. [20])

CTES. Ain patrem hinc abiſſe rus? SYR. Iam dudum. CT. dic ſodes. [21]) SY. apud villam [22]) eſt
Nunc eum [23]) *) maxume operis aliquid facere credo. CT. Utinam quidem
Quod cum ſalute eius fiat, ita ſe defatigare [24]) velim,

15) filiam tuam 16) conſoleris 17) conloquar 18) nobilitatem ſuam impleat 19) celerrime 20) Eadem manu longe recentiori, qua p. 31. nota 87. exarata eſt, haec ſunt ſcripta. *Incipit quartus actus de mitigatione rei Aeſchini. Primum non moveat quod actus iſte habeat officium ultimi quia hic non eſt principalis mitigatio quae eſt de Micione et Demea et eorum temperatione* 21) ſocie 22) pater eſt 23) vel cum *) *edit.* cum 24) *correct. in* defetigarit *et ſic eſt in edit.*

---

blica fide veſtra faceretis ubi v. Gronov.

Act. III. Scen. 5.

4. *ſi eſt facturus ut ſit officium*] pro ſi faceret officium in Hec. III. 5. 51. IV. 1. 43. *ſi eſt ut dicat* pro dicit v. Perizon. ad S. Minerv. I. 13. p. 88.

Act. IV. Scen. 1.

2. *nunc cum maxime*] hae particulae ab aliis quoque iunguntur. Cic. de Senect. c. 11. v. Weſterhov., et J. F. Gronov. ad h. l.

utinam velit] notandum eſt iungi *utinam* et *velit*. Aliter conſtructionem explicat Periz.

Ut triduo hoc perpetuo prorſus *) e lecto nequeat ſurgere.
SY. Ita fiat et iſtoc ſi quid potis eſt rectius.[25] CT. Ita. Nam hunc diem
Miſere[26] *) cupio ut coepi perpetuum in laetitia degere.
Et illud rus nulla alia cauſa tam male odi, niſi quia prope eſt.
Quod ſi abeſſet longius[27]
Prius nox oppreſſiſſet illic,[28] quam huc reverti poſſet iterum.
Nunc ubi me illic non videbit, iam huc recurret ſat ſcio.
Rogabit[29] me, ubi fuerim, quem ego hodie toto non vidi die.
Quid dicam? SY. Nihilne in mente *) eſt?[30] CT. Nunquam quicquam. SY. Tanto nequior[31]
Cliens, amicus, hoſpes nemo eſt vobis? CT. Sunt. quid poſtea?
SY. Hiſce[32] opera ut data ſit. CT. Quae[33] non data ſit,[34] *) non poteſt fieri. SY. Poteſt.
CT. Interdiu;[34a] ſed ſi hic pernocto, cauſae quid dicam, Syre?[35]
SY. Vah, quam[36] vellem etiam noctu amicis operam mos eſſet dari.

*) *edit.* prorſum 25) fiat 26) tenere *) *edit. add.* nimis *probante Bentl.* 27) rus 28) patrem 29) interrogabit *) *edit.* mentem *probante Bentl.* 30) quod dicas 31) quanto neſcis 32) clientibus amicis 33) opera 34) eſt *) *edit. interrogat* probante Bentl. 34 a) per diem 35) o Syre 36) multum.

---

ad Sanct. Minerv. I. 13. p. 89. Sed durior eſt eius ratio.

9. *iterum reverti*] eſt ſimpliciter reverti in Eun. IV. 2. 6. *redeo rurſum* Plaut. in Poen. prol. 79. v. Bentl. ad h. l.

Quin tu otiosus es. 37) Ego illius 38) sensum pulchre calleo. 39)
Cum fervet *) maxime, 40) tam placidum quam ovem reddo. CT. quomodo?
SY. Laudarier te audit lubenter. facio te apud illum deum.
Virtutes 41) narro. CT. Meas? SY. Tuas; homini 42) ilico lacrumae cadunt,
Quasi puero gaudio. 43) Em tibi autem. 44) CT. quidnam est? SY. Lupus in fabula.
CT. Pater adest? *) SY. Ipsus. CT. Syre quid agimus? SY. Fuge modo intro. ego videro. 45)
CT. Si quid rogabit, 46) nusquam tu me. 47) audistin? SY. Potine 48) ut desinas?

(Actus IV. Scena II. DEMEA. CTESIPHO. SYRUS.)

DEMEA. Ne 49) *) 'ego homo sum infelix? **) primum fratrem 50) nusquam invenio gentium 51)
Praeterea autem dum illum quaero, a villa mercenarium

37) esto 38) patris tui 39) callide pervideo. scio *) *edit.* fervit *prob. Bentl.* 40) ira 41) tuas 42) patri tuo 43) prae gaudio 44) provide *) *edit.* est 45) videbo 46) pater meus 47) dices me vidisse 48) potesne tacere 49) nonne *) *edit.* nae **) *edit. ponit signum exclamandi* 50) Micionem 51) apud nullas gentes.

18. *tum placidum quam ovem reddo*] Bentl. de coniectura scribit *quam ovis est;* nam ovis natura sua est placida, non redditur placida. sic infra V. 3. 63. Sed nihil mutandum: nam elliptica scribendi ratio est, ubi supplendum *quam ovem esse constat.* in Phorm. IV. 2. 1. Quinctil. IX. 2. *dic te digniorem quam Catonem.* v. Sanct. Min. II. 10. p. 225.

21. *Lupus in fabula*] proverbium de iis, quorum sermo interrumpitur, interveniente illo ipso, de quo sermo erat. *Fa-*

Vidi. Is filium negat eſſe ruri, nec quid agam ſcio.
CT. Syre. [52] SY. quid agis? CT. Men quaerit? SY. Verum. CT. Perii. SY. Quin tu animo bono es. [53]
DE. Quid hoc malum infelicitatis? nequeo ſatis decernere.
Niſi me credo huic [54] natum eſſe rei, [55] ferendis miſeriis.
Primus ſentio mala noſtra, primus reſciſco omnia.
Primus porro obnuntio. [56] aegre ſolus ſi quid fit, fero.
SY. Rideo [57] hunc. Primum ait ſe ſcire. is ſolus neſcit omnia. [58]
DE. Nunc redeo. ſi forte frater redierit [59] viſo. CT. Syre. [60]
Obſecro. vide ne ille prorſus huc ſe irruat. SY. Etiam [61] taces?
Ego cavebo. CT. Nunquam hercle ego hodie iſtuc committam tibi. [62]
Nam me *) in cellam aliquam cum illa [63] concludam. id tutiſſimum eſt.
SY. Age tamen ego hunc amovebo. DE. Sed eccum ſceleratum Syrum.

52) o Syre 53) eſto 54) ob hoc 55) ut ſuſtineam miſeriam 56) contra nuntio 57) deridebo 58) vel? 59) domum 60) o Syre 61) nonne 62) ut mei curam non habeam *) *edit. add.* iam *improb. Bentl.* 63) pſaltria.

---

bula eſt ſermo v. Plaut. in Sticho IV. 1. 71.

Act. IV. Scen. I.

8. *obnuncio*] i. e. conor impedire, monendo efficio, ne quid fiat, vel ut in poſterum corrigatur. Translatum eſt verbum a diſciplina augurali, in qua proprie ſignificat, auſpicium malum nunciare comitia habenti, ut comitia dirimantur. Cic. Phil. II. 33. v. Caſaub. ad Sueton. Caeſ. c. 20.

11. *prorſus*] i. e. recta via. Plaut. in Perſa IV. 5. 5.

ſe irruat] irruere active dixit ut ſupra III. 2. 21. *caeteros ruerem* et in Eun. III. 5. 51. Terentium imitatur Apulei. Florileg. p. 341.

SY. 64) Non hercle hic quidem durare quisquam ſi ſic fit poteſt.
Scire equidem volo, quot mihi ſint domini. quae eſt haec miſeria?
DE. Quid ille gannit? 65) quid vult? quid ais bone vir? 66) Eſt frater domi?
SY. Quid malum 67) bone vir mihi narras? Equidem perii. DE. quid tibi eſt?
SY. Rogitas? Cteſipho 68) me pugnis miſerum et iſtam pſaltriam
Usque 69) occidit. DE. Hem quid narras? SY. Hem, vide ut diſcidit labrum.
DE. Quam ob rem? SY. Me impulſore hanc emptam eſſe ait. DE. Non tu eum rus hinc *)
Produxe 70) aiebas? SY. Factum. verum venit poſt inſaniens.
Nihil pepercit, non puduiſſe 71) verberare hominem ſenem 72)
Quem ego modo puerum tantillum 73) in manibus geſtavi meis? 74)
DE. Laudo 75) Cteſipho. Patrizas. 76) abi, virum te iudico.

64) Fallere Syrus volens Demeam hoc loquebatur quaſi Cteſipho percuſſiſſet eum 65) gannire proprie eſt canum 66) yronicos 67) exclamatio 68) filius tuus 69) valde *) *edit. add.* modo *probante Bentl.* 70) produxiſſe 71) praeteriti temporis 72) me 73) parvulum 74) vel; 75) te 76) vel patriſſas. more patris agis.

---

17. *gannit*] i. e. murmurat, queritur. Proprie canes gannire dicuntur.

24. *modo*] *modo* et *nuper* ſaepe de magno temporis intervallo dicuntur ut apud Liv. VI. 50. de triginta annis. v. Dukerum ad Flor. I. 11. p. 97.

24. *in manibus geſtavi*] pro manibus geſtavi, quod uſitatius eſt. Sic Sueton. in Claud. c. 15. *in manibus tenere* dicit pro manu tenere v. Duker. ad Flor. IV. 12. p. 884.

25. *abi*] Donatus ait verbum eſſe vel ſibi vel alteri cum lauda-

SY. Laudasne? Ille continebit 77) poſthac ſi ſapiet manus.
DE. Fortiter. 78) SY. Perquam. 79) quia miſeram mulierem et me ſervulum
Qui referire non audebam vicit. hui. fortiter *)
DE. Non potuit melius, idem quod ego, 80) ſenſit te eſſe huic rei caput 81)
Sed eſtne frater 82) intus? SY. Non eſt. DE. Ubi illum quaeram cogito.
SY. Scio ubi ſit. Verum hodie nunquam monſtrabo. DE. Hem quid ais?
SY. Ita. DE. Diminuetur 83) tibi quidem 84) cerebrum. SY. At nomen neſcio
Illius hominis, 85) ſed locum novi ubi ſit. DE. Dic ergo locum.
SY. Noſtin porticum apud macellum hanc deorſum? DE. quidni 86) noverim?
SY. Praeterito 87) hac recta platea ſurſum; ubi eo 88) veneris,
Clivus deorſum vorſum *) eſt. hac te praecipitato. Poſtea
Eſt ad hanc manum ſacellum, 89) ibi angiportum propter 90) eſt.

77) a me 78) egit 79) fortiter egit *) *edit.* perfortiter *probante Bentl.* 80) ſenſi 81) ut emeretur pſaltria 82) Micio 83) frangetur 84) a me 85) cum quo eſt 86) niſi 87) pertranſi 88) illuc *) *edit.* vorſus *improbante Bentl.* 89) parvus locus ſacer 90) iuxta.

---

tione blandientis. Sic eſt apud Plaut. in Aſin. III. 3. 115.

36. *deorſum verſus*] *verſus*, cum adverbium et praepoſitio *ad* et *in* iungitur, abundat. v. quos laudat Duker. ad Liv. XXXVIII. 51.

36. *praecipitato*] i. e. cito deſcendito v. Donat. ad h. l. *Praecipitare* ſaepe ſine caſu abſolute ponitur v. Drakenb. ad Liv. XXV. 11.

37. *propter*] adverbialiter ponitur pro, in propinquo. Eſt enim contractum ex *propiter* a *prope* Phaedr. II. 6. 7. v. Perizon. ad S. Min. I. 16. p. 148.

DE. Quodnam? *) SY. Illic ubi etiam caprificus 91) magna est. *) DE. Novi. SY. Hac pergito.
DE. Id quidem angiportum 92) non est pervium. 93) SY. Verum hercle. vah
Censen me hominem esse? 94) Erravi. in porticum rursum redi.
Sane hac 95) multo propius ibis, et minor est erratio.
Scin Cratini huius ditis 96) aedes? DE. Scio. SY. Ubi eas 96a) praeterieris,
Ad sinistram hac recta platea, 97) ubi ad Dianae veneris, 98)
Ito ad dexteram priusquam ad portam 99) venias. apud ipsum lacum
Est pistrilla, 1) et ex adversum *) fabrica; ibi est. DE. Quid ibi facit?
SY. Lectulos in sole 2) iligneis pedibus 2a) faciundos dedit.

*) *edit.* quonam *improbante Bentl.* *qui vocabulum delere iubet.* 91) arbor caprarum *) *edit. add.* nostin *improbante Bentl.* 92) neutrius generis 93) non potest ad illud per viam iri 94) quia mentitos sum 95) per hanc viam 96) divitis 96a) aedes 97) perge 98) scilicet templum 99) vel portum 1) pistrinum *) *edit. add.* est *improbante Bentl.* 2) dum calidus est sol et in calore 2a) qui habent pedes ex ilice.

---

40. *Censesne hominem me esse*] i. e. censesne me sana mente praeditum esse, qui tam absurda loquar. Hunc verum sensum esse docuimus ad Rutil. Lup. II. 114.

46. *Lectulos in sole*] *lectulos in sole* vocat, in quibus veteres sole maxime temperato iacebant et apricabantur vel etiam potabant. Apud antiquos inter valetudinis praesidia erat insolatio. Nam vel nudi in sole ambulabant, quod dicebant uti sole asso, vel oleo uncti, quod dicebant uti sole uncto. Cic. ad Attic. XII. 6. *pro isto asso sole, quo tu abusus es in nostro pratulo, a te nitidum solem unctumque repetemus.* v. Casaubon. ad Persii Sat. IV. p. 343.

DE. Ubi potetis vos. 3) SY. *) bene ſane. DE. 4) Sed ceſſo ad eum 5) pergere.
SY. I ſane ego te exercebo hodie ut dignus es ſilicernium. 6)
Aeſchinus odioſe ceſſat, 7) prandium corrumpitur.
Cteſipho autem eſt in amore totus. Ego iam proſpiciam mihi.
Nam iam abibo 8) atque unum 9) quicquid quod quidem erit belliſſimum 10)
Carpam, et ciatos *) ſorbillans 11) paulatim hunc producam diem.

(Actus IV. Scena III.) MICIO. HEGIO.

MICIO. 12) Ego in hac re nihil repperio, quamobrem lauder tantopere Hegio.
Meum officium facio, quod peccatum a nobis ortum eſt corrigo,

3) more antiquo *) *edit. continuat ſermonem Demeae* 4) ſilenter hoc dixit 5) ad fratrem 6) o ſilicernium. Silicernium i. e. vetulum et incurvum, quaſi ſilices ſepulchrorum intendentem 7) faſtidioſe moratur. 8) domum 9) obſonium 10) optimum *) *ed.* cyathos 11) ſorbendo bibens 12) Dum Hegio laudaret Micionem omnia honeſte iudicare miſſus a Soſtrata haec ei reſpondit. Vel tacite oſtenditur laudatus ab Hegione vel quia ſupra longe dixit Soſtratae idem Hegio, officium ſuum faciet. Vel ſicut mos eſt rhetoricis quia volebat ei ſuadere quae ſequuntur, ideo prius laudabat probitatem eius.

48. *ſilicernium*] prope eſt coena funebris. Hinc per contemtum ſenex ſilicernius dicitur quaſi dignus pro quo talis coena paretur. v. Feſt. in hac voce et ibi Scaliger.

50. *totus in amore*] totus in aliqua re eſſe dicitur, qui ſe totum et omne tempus ſuum alicui rei impendit. Horat. Serm. I, 9, 2.

51. *belliſſimum*] i. e. lautiſſimum. *bellus* proprie pertinet ad menſas ſecundas, quibus bellaria inferebantur v. Don. ad h. l. et Burmann. ad Petron. c. 68.

52. *ſorbillans*] Bentleius legit *ſorbilans* ſecunda brevi ut ventilans.

producam diem] i. e. diem quam potero longum faciam Mar-

Niſi ſi [13]) me in illo credidiſti eſſe hominum numero, qui ita putant
Sibi fieri iniuriam, [14]) ultro *) ſi quam [15]) fecere ipſi expoſtulant [16])
Et ultro [17]) accuſant. Id quia non eſt a me factum, [18]) agis gratias. [19]) *)
HE. Ah minime. [19a]) Nunquam te aliter atque es in animum induxi meum.
Sed quaeſo ut una mecum ad matrem virginis eas Micio [20])
Atque iſtaec eadem quae mihi dixti tute dicas mulieri.
Suſpicionem hanc propter fratrem eius eſſe, et illam pſaltriam. [21])
MI. Si ita aequum cenſes, aut ſi ita opus eſt facto, eamus. HE. Bene facis.
Nam et illi [22]) animum iam relevabis, quae dolore ac miſeria
Tabeſcit et tuo officio fueris functus. [23]) Sed ſi aliter putas,
Egomet narrabo, quae mihi dixti. MI. Immo ego ibo. HE. Bene facis.
Omnes quibus res ſunt minus ſecundae, magis ſunt neſcio quomodo [24])

13) niſi forte 14) aliquam iniuſtitiam *) *edit. diſtinguit poſt* ultro 15) iniuriam 16) cum venia 17) ſponte 18) commiſſum propter quod veniam peto 19) mihi *) *edit. interrogat probante Bentl.* 19 a) ſcilicet creditur 20) o Micio 21) raptam eſſe ad opus Cteſiphonis 22) Soſtratae 23) ſicut decet talem virum 24) qua de cauſa.

---

tial. II. 89. v. quae annotavimus ad Rutil. Lup. II. 100.

Act. IV. Scen. 3.

4. *ultro ſi quam fecere ipſi*] Hic locus e codice Bembino ita legendus *ſibi fieri iniuriam ultro ſi quam fecere ipſi expoſtules.*

11. *relevabis animum*] i. e. recreabis, eriges. Simplex *levare* ſaepe ſic dicitur,

Suſpicioſi, ad contumeliam omnia accipiunt magis. 25)
Propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt neglegi.
Quapropter te ipſum purgare ipſis coram 26) placabilius eſt.
MI. Et recte et verum dicis. HE. Sequere me ergo hac intro. 27) MI. Maxume. 28)

(ACTUS IV. SCENA IV. AESCHINUS.)

AESCINUS. 29) Diſcrucior animi 30) hoccine de inproviſo mali mihi obiici
Tantum, 31) ut neque quid me 32) faciam, nec quid agam certum ſiet.
Membra metu debilia ſunt, animus timore obſtipuit 33)

25) quam ad gratiam 26) Soſtrata et filia 27) ephexegeſis 28) ſequar te. 29) Aeſchinus cognoſcens triſtari Soſtratam filiamque illius quam ipſe vitiaverat quaſi ipſe eam abiicere vellet in haec verba prorupit 30) valde crucior in animo 31) putaſſem 32) de me 33) vel obſtupuit.

---

12. *Tabeſcit*] i. e. conficitur Lucret. III. 924. Cic. Catil. II. 4.

16. *impotentiam*] i. e. inopiam, humilem conditionem Cic. pro Murena c. 28. ubi v. Camerar. Contra *potens* eſt qui magna valet auctoritate et gratia. v. quae notavimus ad Rutil. Lupum II, 74.

negligi] magna in h. l. eſt ſcripturae varietas. Codex Bembinus habet *claudier*. Donat. in aliis libris reperit *claudicare* ex Bembina lectione claudier Faernus facit *calvier*, Bentleius *ludier*.

17. *placabilius eſt*] i. e. ad placandum aptius. in Phorm. V. 7. 68. Lactant. IV. 28.

ACT. IV. SCEN. 4.

1. *Diſcrucior animi*] ſupplendum dolore.

obiici] obiici proprie dicitur malum in Phorm. III. 2. 18. Virg. Aen. II. 200.

3. *obſtupuit*] meliores libri hic et aliis locis habent *obſtipuit* de qua ſcriptura v. Heinſ. ad Virgil. Aen. I. 513.

Pectore 34) consistere nihil consilii quit. Vah.
Quomodo me ex hac expediam turba? 35) *)
Tanta 36) nunc suspicio de me incidit, neque ea inmerito.
Sostrata credit mihi 36 a) me psaltriam hanc emisse. Id anus 37)
Mihi indicium fecit.
Nam ut hinc 38) forte ea 38 a) ad obstetricem erat missa, ubi vidi eam ilico
Accedo, rogo *) Pamphila quid agat? Iam partus adsiet. 39)
Eone 40) obstetricem accersat? 41) illa 42) clamat. *) Abi Abi iam Aeschine
Satis diu dedisti verba 43) nobis. *) satis adhuc tua nos frustrata 44) est fides.
Hem. 45) quid istuc obsecro inquam est? Valeas, 46) habeas illam quae placet.
Sensi ilico id illas suspicari; 47) sed me reprehendi 48) tamen,
Ne quid de fratre garrulae illi dicerem, ac fieret palam.
Nunc quid faciam? Dicam fratris esse hanc, *) 49) quod *) minime est opus

34) in pectore 35) turbatione *) *edit. ponit signum interrog. post* Tanta *improb. Bentl.* 36) multa 36 a) ad meum opus 37) Canthara 38) ex hoc loco 38 a) anus *) *edit.* rogito 39) adsit 40) propter imminentem partum *) *edit.* arcessat, *improb. Bentl.* 41) rogito 42) anus *) *edit.* exclamat *probante Bentl.* 43) dare verba est illudere vel mentiri *) *ed. omitt.* nobis *probante Bentl.* 44) decepit 45) dico illi 46) respondit. 47) quod Pamphilam abiicerem 48) repressi *) *ed. omitt.* hanc *improb. Bentl. et ponit sign. interrog. post* esse 49) psaltriam *) *edit.* id quidem *improbante Bentl. et sine signo interrog. post* efferri.

12. *adhuc*] i. e. ad hoc tempus usque Cic. Verr. I. 17.

14. *me reprehendi*] *reprehendere se* eleganter dicitur pro se retinere ab aliqua re facienda vel dicenda, se reprimere, quod ipsum verbum *repressi* quaedam editiones h. l. habent. Ovid. epist. XI. 53.

15. *ac fieret palam*] negatio

Usquam efferri?[50] Age *) mitto[51] fieri potis[52] est, ut ne qua exeat.[53]
Ipſum id metuo ut credant. Tot concurrunt veri ſimilia.
Egomet rapui. ipſe egomet ſolvi argentum. ad me adducta *)[54] eſt domum.
Haec adeo mea culpa fateor fieri. Non me hanc rem patri[55]
Ut *) erat geſta indicaſſe? exoraſſem[56] ut eam[57] ducerem
Ceſſatum[58] usque adhuc eſt. Nunc porro Aeſchine[59] expergiſcere.
Nunc hoc eſt primum;[59a] ad illas *) ibo ut purgem me. Accedam ad fores?[60]
Perii. horreſco[61] ſemper ubi pultare haſce[62] occipio[63] fores *) miſer.
Heus heus Aeſchinus ego ſum. aperite[64] aliquis actutum[65] oſtium.
Prodit neſcio quis; concedam huc.

50) publicari *) *edit*, *ac probante Bentl.* 51) omitto 52) poſſibile 53) ut in nullam partem publicetur *) *edit.* abducta *probante Bentl.* 54) pſaltria 55) adoptivo Micioni *) *ed.* ut ut *prob. Bentl.* 56) illum 57) Pamphilam 58) Neglectum 59) ſemetipſum hortatur 59 a) optimum *) *ed.* alias *forte ex mendo typogr. Archetypon enim huius edit. habet* illas 60) vel. *atque ſic edit.* 61) horrore repleor 62) has 63) incipio *) *edit. omitt.* fores *prob. Bentl.* 64) figura cataſiopumenon per ſilentium i. e. figurata locutio pro aperiat aliquis 65) celeriter, adverbium temporis.

---

ne revocanda eſt, quae tacita vi copulationi includitur. Ovid. epiſt. VII. 81. Liv. XXIV. 40. v. Duker. de latinit. vett. ICtorum p. 575.

17. *ne qua exeat*] i. e. ne divulgetur ille raptus. *Exire* proprie dicitur, quod in vulgus emanat. Nepos in Datame c. 6. Gellius XII. 12. ſupra II. 4. 19.

22. expergiſcere] i. e. noli amplius ceſſare. Salluſt. in Catil. c. 20. ubi v. Cort.

(ACTUS IV. SCENA V.) MICIO. AESCHINUS.

MICIO. 66) Ita ut dixi Soſtrata, 67)
Facito. *) Ego Aeſchinum conveniam. ut quomodo acta haec ſunt **) ſciat.
Sed quis oſtium hoc pulſavit? AESCH. Pater hercle eſt perii. MI. Aeſchine.
AE. Quid huic 67 a) hic negotii eſt? MI. Tune has pepuliſti 68) fores? Tacet. 69)
Cur non hunc ludo aliquantiſper? Melius eſt
Quandoquidem hoc 70) nunquam mihi voluit credere.
Nihil mihi reſpondes? 70 a) AE. Non equidem iſtas, 71) *) quod ſciam.
MI. Ita. Nam mirabar quid hic negotii eſſet tibi.
Erubuit. 72) Salva res eſt. AE. Dic ſodes pater.
Tibi vero quid iſtic rei eſt? MI. Nihil mihi quidem.
Amicus quidam me a foro abduxit modo
Huc, advocatum ſibi. AE. Quid? MI. Ego dicam tibi.
Habitant hic quaedam mulieres pauperculae.
Opinor 73) has non noſſe te et certo ſcio.
Neque enim diu huc commigrarunt. AE. Quid tum poſtea?
MI. Virgo eſt cum matre. AE. Perge. MI. Haec virgo orba eſt patre.

66) Micio Soſtratam iam certam reddiderat quod Aeſchinus Pamphilam duceret, ſimulque hortabatur illam parare ea quae ad nuptias pertinent 67) o Soſtrata *) *edit.* facite *improbante Bentl.* **) *ed.* ſint 67 a) patri meo 68) impuliſti 69) i. e. ſecum quaedam loquebatur quae illo audiente nolebat proferre 70) ut illum deludam 70 a) o Aeſchine 71) interrogas quid poſſim dicere *) *edit.* iſtas *probante Bentl.* 72) ſecum hoc. Aeſchinus 73) vel ut opinor *et ſic edit.*

ACT. IV. SCEN. 5.

14. *opinor et certo ſcio*] ſaepe veteres, quod primo tamquam dubium ponunt, mox inter loquendum conſideratum pro certo affirmant. Cic. ad Attic. VI. 3. *Cicero puer legit ut opinor et certe epiſtolam* etc.

Hic amicus 74) meus illi genere eſt proxumus.
Huic 75) leges cogunt nubere hanc. AE. Perii. MI. Quid eſt?
AE. Nihil recte. Perge. MI. Is 76) venit, ut ſecum avehat, 77)
Nam habitat Mileti. AE. Hem virginem ut ſecum avehat?
MI. Sic eſt. AE. Miletum usque obſecro? MI. Ita AE. Animo 78) male eſt
Quid ipſae, 79) quid aiunt? MI. Quid iſtas cenſes? 80) Nihil enim. 81) *)
Commenta 82) mater eſt eſſe ex alio viro
Neſcio quo puerum natum, neque eum nominat. 83)
Priorem eſſe illum, non oportere huic 84) dari.
AE. Eho. nonne haec iuſta videntur tibi poſtea?
MI. Non. AE. Obſecro, non? An illam hinc abducet pater? 85)
MI. Quid illam ni abducat? AE. Factum a vobis duriter
Immiſericorditerque, atque etiamſi eſt pater
Dicendum magis aperte inliberaliter 86)
MI. Quamobrem? AE. Rogas me? Quid illi tandem creditis
Fore animi 87) miſero, 88) qui cum illa conſuevit prius,

74) Hegio 75) Hegioni 76) meus amicus 77) portet eam 78) mihi 79) mulieres mater et filia 80) iudicas dicere 81) dicunt *) *edit. non interpungit* 82) excogitavit 83) vel; 84) ſupervenienti a Mileto 85) o pater 86) inhumane. 87) in animo 88) infelici iuvenum.

---

21. *animo male eſt*] i. e. magno dolore afficior. Catull. Carm. XXXIX. Ovid. epiſt. XII. 144. Petron. c. 54.

32. *conſuevit*] i. e. rem habuit. Sic honeſto vocabulo res turpis ſignificatur. Cic. Verr. V. 12. in Hec. IV. 1. 40. v. Bentl. ad h. l.

Qui infelix haud 89) ſcio an illam miſere 90) nunc amat,
Cum hanc ſibi videbit praeſens praeſenti eripi,
Abduci ab oculis? Facinus indignum pater.
MI. Qua ratione iſtuc? quis deſpondit? quis dedit?
Cui? quando nupſit? Auctor his rebus quis eſt?
Cur duxit alienam? AE. An ſedere oportuit
Domi virginem tam grandem, 91) dum cognatus huc
Illinc 92) veniret expectantem? Haec mi pater
Te dicere 93) aequum fuit et id defendere.
MI. Ridiculum. 94) advorſumne illum cauſam dicerem,
Cui veneram advocatus? Sed quid iſta 95) Aeſchine
Noſtra? aut quid nobis cum illis? Abeamus, quid eſt?
Quod 96) *) lacrumas? AE. Pater, obſecro auſculta.
MI. Aeſchine, audivi omnia

89) non 90) tenere 91) annoſam 92) de Mileto 93) quod ego dico 94) res riſu digna 95) quae dicuntur de virgine. quid noſtra intereſt vel quid ad nos pertinet. 96) vel quid *) *edit.* quid.

---

34. *praeſens praeſenti*] Bentleius idoneis rationibus demonſtravit, legendum eſſe *praeſens praeſentem*, cum amator praeſens videbit praeſentem amicam ſibi eripi.

37. *auctor*]. auctores nuptiarum ſunt parentes, cognati, tutores, qui nuptias aut confecerunt aut probarunt aut tabulas nuptiales obſignarunt. v. Cic. pro Cluent. c. 5. et ibi Graev. Sine eiusmodi auctoribus mulieres, quae et apud Athenienſes et apud Romanos in perpetua tutela erant, nuptias contrahere non poterant. v. Salmaſium de modo uſurarum p. 165.

38. *domi ſedere*] ſic eleganter dicitur virgo quae conditionem exſpectat. Apuleius in Apol. p. 92. ubi v. Caſaubon.

39. *grandem*] i. e. grandem natu Plaut. in Aulul. II. 42. 14. *grandiuſcula eſt* in Andr. IV. 5. 19.

hinc illinc] Sic legendum, non *huc illuc.* ita reponit idoneus Graevius ad Flor. IV. 2. p. 748. ediditque Bentlei.

Et ſcio. Nam te amo, quo 97) magis quae agis curae ſunt mihi.
AE. Ita velim me 98) promerentem ames dum vivas *) o mi pater.
Ut me hoc delictum admiſiſſe in me, id mihi vehementer dolet,
Et me tui pudet. MI. Credo hercle. Nam ingenium novi tuum
Liberale. Sed vereor ne indiligens 99) nimium ſiés.
In qua civitate tandem te arbitrare 1) vivere?
Virginem vitiaſti, quam te ius non fuerat tangere.
Iam id peccatum primum, 2) magnum, et humanum tamen.
Fecere alii ſaepe, item boni. At poſtquam id evenit, cedo 3)
Nunquid circumſpexti? aut nunquid tute proſpexti tibi?
Quid fieret? qua 4) fieret? Si te mihi ipſum puduit dicere,
Qua 5) reſciſcerem? 6) Haec dum dubitas menſes abierunt decem.
Prodidiſti 7) te *) et illam miſeram et gnatum, 8) quod 9) quidem in te fuit
Quid credebas? *) dormienti haec tibi conſecuturos 10) deos 11)

97) quapropter 98) tibi *) *ed. omitt.* O 99) neglegens 1) arbitraris ut virginem temere corrumpas 2) eſt 3) dic, 4) quomodo 5) quomodo 6) ſcilicet non bene factum 7) tradidiſti. perdidiſti *) *edit.* et te *probante Bentl.* 8) ex ea 9) quantum *) *edit. ponit ſign. interr. poſt* quid 10) praeparaturos 11) credebas.

---

48. *delictum admittere in ſe*] i. e. delictum committere. Cic. pro Cluent. c. 61. v. Notata ad Rutil. Lup II. 83.

57. *haec dum dubitas*] dubitare ſaepe iungitur cum accuſativo pronominis neutrius generis. Cic. pro Roſc. Amerino c. 31. Ovid. XVII. 37. *hoc quoque enim dubito.*

Et illam ſine opera tua [12]) in cubiculum iri deductum [13]) domum? [14])
Nolim caeterarum rerum te ſocordem [15]) eodem modo. [16])
Bono animo es, [17]) duces uxorem hanc. AE. Hem. MI. Bono animo es [18]) inquam. AE. pater
Obſecro num *) ludis [19]) tu nunc me? MI. Ego te *) quamobrem? [20]) AE. Neſcio
Quia tam miſere [21]) hoc eſſe cupio, verum ideo *) vereor magis [22])
MI. Abi domum, ac deos comprecare, ut uxorem arceſſas. abi.
AE. Quid? Iamne uxorem ducam? *) MI. Iam. AE. Iam. **) MI. Iam quantum poteſt [23]) *) AE. Dii me pater
Omnes oderint, ni magis te quam oculos nunc ego amo meos.

12) labore tuo 13) deduci 14) credebas 15) incautum 16) eſſe 17) eſto 18) eſto *) *edit.* non *improb. Bentl.* 19) deludis *) *edit. interrog. poſt* te 20) luderem 21) affectuoſe *) *pro* verum ideo *edit.* eo *probante Bentl.* 22) ne proveniat quod illam ducam *) *edit.* iam uxorem, *probante Bentl.* **) *edit. interrog.* 23) accelerari *) *edit.* potes *improbante Bentl.*

---

60. *deductum*] *deduci* proprie dicitur virgo quae alicui conciliatur. Ovid. epiſt. XVI. 313. *paene ſuis ad te manibus deducit amantem.* v. interpretes ad Caeſ. de B. G. V. 14.

61. *caeterarum rerum*] antiquum loquendi genus pro *caeteris in rebus.* Cic. pro Quint. c. 3. de Senect. c. 2. *admirari ſoleo cum hoc tum caeterarum rerum tuam excellentem ſapientiam.* Sic *omnium rerum* pro *in omnibus rebus*, quod ad omnes res attinet. Plaut. in Ciſtell. I. 1. 33.

65. *Deos comprecare*] i. e. fac ſacra, vota et preces Diis nuptiarum praeſidibus. De nuptialibus ſacris v. ad Valer. Flacc. VIII. 244.

67. *quam oculos*] in exprimenda vi amoris crebra fit oculorum mentio quoniam oculorum ſenſus nobis omnium cariſſimus eſt. Catull. carm. III. 4. ubi v. Muret.

MI. Quid?[24] Quam?[25] Illam?[*] AE. Aeque[26] MI. Perbenigne. AE. Quid ille[27] ubi eſt Mileſius?
MI. Abiit, periit, navem aſcendit; ſed cur ceſſas?[28] AE. Abi pater,
Tu potius deos comprecare. Nam tibi eos certe ſcio
Quo vir melior multo es quam ego obtemperaturos magis.[29]
MI. Ego eo intro, ut quae opus ſunt parentur. tu fac ut dixi ſi ſapis.
AE. Quid hoc eſt negotii? Hoc eſt patrem eſſe, aut hoc eſt filium eſſe?[30]
Si frater aut ſodalis eſſet, qui magis morem gereret?
Hic non amandus? hicine non geſtandus in ſinu eſt?[31] hem,
Itaque adeo magnam mihi iniecit ſua commoditate[32] curam
Ne imprudens forte faciam quod nolit[33] ſciens.[34] Cavebo
Sed ceſſo ire intro, ne mora meis nuptiis egomet ſiem.

24) facies 25) amas *) *edit.* Quam illam? *probante Bentl.* 26) et te et illam 27) quem dicebas ducere illam 28) parare nuptias 29) quam mihi 30) non ſed plus eſt patrem et ego plus filio (?) 31) eſſet 32) ſuo beneficio 33) ille 34) poſtquam ſcierit.

---

69. *periit*] h. e. abiit, ut neſciamus ubi locorum ſit. Sic *perire* accipit Schulting. in Quinctil. declamat. 13. p. 243.

71. *obtemperaturos*] i. e. exauditaros tuas preces. Ovid. Metam. VIII. 724.

magis] pro *eo magis*. Saepe praemiſſo *quo* omittitur *eo*. Rutil. Lup. I. 17. ubi v. quae annotavimus.

76. *commoditate*] i. e. facilitate, humanitate. v. not. ad Heaut. III, 2. 10.

(Actus IV. Scena VI. DEMEA.) 35)

DEMEA. 36) Defeſſus ſum ambulando; ut 37) te Syre cum tua
Monſtratione magnus 38) perdat Iuppiter.
Perreptavi 39) usque omne oppidum, ad portam, ad lacum.
Quo non? 40) nec*) fabrica ulla erat, nec fratrem 41) homo
Vidiſſe ſe aiebat quisquam. Nunc vero domi 42)
Certum eſt obſidere 43) usque 44) donec redierit.

(Actus IV. Scena VII. MICIO. DEMEA.)

MICIO. Ibo illis 45) dicam, nullam eſſe in nobis moram. 46)
DEM. 47) Sed eccum ipſum; te iam dudum quaero Micio 48)
MI. Quidnam? DE. Fero ad te alia flagitia ingentia
Boni illius adoleſcentis. 49) MI. Ecce autem. DE. Nova 50)

35) *Eadem manu de qua ſupra* p. 59. *nota* Mitigata per convenientes perſonas re Aeſchini incipit quintus actus de temporatione ſenum cum tota concordia 36) Demea revertens ab inquiſitione fratris ſui deluſus a Syro ſecum loquebatur 37) utinam 38) vel malus 39) circuivi aſcendi 40) ſcilicet fui *) *edit.* neque illic 41) meum Micionem 42) apud me 43) expectare 44) tamdiu 45) Soſtratae et Pamphilae 46) nuptiarum 47) ad ſuperiora pertinet 48) o Micio 49) Aeſchini 50) flagitia.

Act. IV. Scen. 6.

3. *perreptavi*] hoc verbo utitur ad lentum ſenis greſſum ſignificandum; nam qui tardo et ſegni gradu incedunt, *repere* dicuntur. Phaedr. V. 1. 8. ubi v. interpr.

6. *obſidere*] pro ſedere compoſitum pro ſimplici Plaut. in Poen. prol. v. 23.

Act. IV. Scen. 7.

4. *ecce autem*] hac formula utuntur, quoties aliquid novum evenit, aut aliquid triſte laetis rebus de improviſo intervenit. Cic. pro Cluent. c. 5. Liv. VII.

Capitalia. 51) MI. Ohe iam? DE. Ah neſcis qui vir ſit. MI. Scio.
DE. Ah. Stulte tu de pſaltria me ſentias 52) *)
Agere? Hoc 53) peccatum in virginem eſt civem. MI. Scio.
DE. Eho ſcis et patere? 54) MI. Quidni patiar? DE. Dic mihi;
Non clamas? non inſanis? 55) MI. Non malim *) quidem.
DE. Puer natus eſt. MI. Dii bene vertant. DE. Virgo nihil 56) habet.
MI. Audivi. DE. Et ducenda indotata eſt? MI. Scilicet 57)
DE. Quid nunc futurum eſt? MI. Id enim quod res ipſa fert.
Illinc huc 58) transfertur virgo. DE. O Iuppiter
Iſtoccine pacto oportet? 59) MI. Quid faciam amplius?
DE. Quid facias rogitas? Si non ipſa re tibi iſtuc dolet,
Simulare *) eſt hominis 60) MI. Quin iam virginem
Deſpondi, res compoſita eſt, fiunt nuptiae.
Dempſi metum 61) omnem. haec magis ſunt hominis. DE. Caeterum
Placet factum 62) tibi Micio? 63) MI. Non, ſi queam
Mutare. Nunc cum non queo, aequo animo fero.

51) mortifera 52) *ſuperſcriptum* ſomnias *tanquam lectio textualis* *) *edit.* ſomnias *probante Bentlei.* 53) facere ſtuprare 54) pateris 55) prae furore *) *edit. tribuit Demeae* mal. quid. etc. *improbante Bentl.* 56) virgo non eſt dotata 57) certe 58) a domo illius in domum meam 59) fieri *) *ed. add.* certe *probante Bentl.* 60) tui 61) a Soſtrata et filia eius 62) illius 63) o Micio.

---

35. ubi v. interpr. in Eun. II. 3. 6. v. Broukhuſ. ad Propert. II, 22. 20.

9. *malim quidem*] ſcilicet aliter eſſe v. infra v. 20.

Ita vita 64) est hominum, quasi cum ludas tesseris. 65)
Si illud quod maxime opus est iactu 66) non cadit,
Illud quod cecidit forte, 67) id arte ut corrigas. 68)
DE. Corrector. nempe tua arte viginti minae
Pro psaltria periere, quae 69) quantum potest, 70)
Aliquo 71) abiicienda est, 72) si non pretio, 73) vel *) gratis. 74)
MI. Neque est, 75) neque illam sane studeo vendere.
DE. Quid igitur facias? *) MI. Domi erit. DE. Pro divum fidem. 76)
Meretrix 77) et mater familias 78) erit *) una in domo?
MI. Cur non? DE. Sanumne te credis esse? MI. Equidem arbitror.
DE. Ita me Di ament, ut video tuam ego ineptiam, 79)
Facturum 80) credo habeas quicum 81) cantites.
MI. Cur non? DE. Et nova nupta 82) eadem haec discet. MI. Scilicet.
DE. Tu inter eas restim ductans 83) saltabis. MI. Probe.

64) periculosa 65) locus tabularum aleae 66) iacere 67) fortuitu 68) necesse est 69) psaltria 70) fieri 71) in aliquam partem 72) a domo tua 73) si non acceptione pretii, ut non sit qui emat illam *) *edit. omitt.* vel *probante Bentl.* 74) expellatur 75) qui emat *) *edit.* facies *improbante Bentl.* 76) testor 77) psaltria 78) Pamphila *) *edit. omitt.* erit *prob. Bentl.* 79) vel; 80) te 81) cum qua 82) Pamphila 83) per funambulum discurrens.

---

21. *quasi cum ludas tesseris*] pulcherrima similitudo, quam primum legimus apud Platon. de republ. X. p. 514. quamque deinde multi, quos laudat Lindenbrog. ad h. l. ex eo repetierunt.

22. *non cadit*] hunc locum imitatur Caesar de B. C. III. 73. item Horat. II. 8. 85.

26. *abiicienda*] *abiicere* eleganter dicitur pro alienare cum fastidio, vili vendere. Plaut. in Mostell. III. 3. 3. ubi v. Gronov. qui hanc verbi vim etiam illustrat ad Senec. de Benef. I. 1. Sic et *proiicere* dicitur Cic. ad Div. XIV. 2.

34. *restim ductans saltabis*] intelligit saltationis genus, quo

DE. Probe. MI. et tu nobiscum una ſi opus ſit. DE. Ei mihi.
Non te haec pudent? MI. Iam vero omitte Demea 84)
Tuam iſtanc iracundiam, atque ita uti decet
Ilarum 85) ac lubentem fac te in gnati nuptiis.
Ego hos 86) conveniam, poſt huc redeo. DE. O Iuppiter
Hancine vitam, hoſcine mores, 87) hanc dementiam?
Uxor ſine dote veniet. intus pſaltria eſt,
Domus ſumtuoſa, 88) adoleſcens 89) luxu perditus,
Senex 90) delirans, ipſa ſi cupiat Salus 91)
Servare prorſus hanc familiam non poterit.

(Actus V. Scena I. SYRUS. DEMEA.)

SYRUS. 92) Aedepol Syriſce 93) curaſti te molliter
Lauteque 94) munus amminiſtraſti tuum.
Abi, ſed poſtquam intus ſum omnium rerum ſatur

84) o Demea 85) *in MS. cum digammate pro* hilarum *edition.* 86) Soſtratam et filiam cum Hegione 87) in homine putarem eſſe 88) prodiga 89) Aeſchinus 90) Micio 91) dea Salutis 92) Syrus ſatur effectus egrediebatur foras laetus dicens ad ſemetipſum : 93) more Syri ac per hoc meo ſicut ſolitus ſum, Syriſce adverbium qualitatis 94) pulchre.

funem tenentes ſaltabant et in diverſum ſe invicem trahebant Horat. epiſtol. I. 10. 47. ubi v. interpr. inprimis Duker. ad Liv. XXVII 37.

38. *lubentem*] i. e. hilarem Plaut. in Perſa V. 1. 8. Sic *lubentia conviviorum* pro *hilaritate* dixit Gellius I. 5. 2.

43. *Salus*] eſt Dea, Aeſculapii filia quae morbos depellit in Hec. III. 2. 3.

Act. V. Scen. I.

1. *curaſti*] curare proprium verbum menſae et convivii. Horat. Epiſt. I. 4. 15. hinc frequens apud hiſtoricos eſt locutio *corpus curare*. v. Broukhuſ. ad Tibull. I. 5. 33.

Pro, 95) deambulare *) huc libitum eſt. DE. Illud ſis. vide
Exemplum diſciplinae. 96) SY. Ecce autem hic adeſt
Senex noſter. 97) Quid fit? quid tu es triſtis? DE. Ohe ſcelus.
SY. Eho. iam tu verba fundis hic ſapientia.
DE. Tun, 98) ſi meus eſſes? SY. Dis 99) quidem eſſes Demea,
Ac tuam rem conſtabiliſſes. 1) DE. Exemplum omnibus
Curarem ut eſſes. Sy. Quamobrem? Quid feci? DE. Rogas?
In ipſa turba 2) atque in peccato maximo,
Quod vix ſedatum eſt ſatis potaſti. *) Scelus
Quaſi re bene geſta. SY. 3) Sane nollem hunc *) exitum.

(Actus V. Scena II. DROMO. SYRUS. DEMEA.)

DROMO. 4) Heus Syre, 5) rogat te Cteſipho ut redeas. SY. abi.
DE. Quid Cteſiphonem hic narrat? SY. Nihil. DE. Eho carnufex,

95) exclamatio *) *edit. iunctim* prodeambulare 96) tuis diſcipulis vel conſervis 97) Demea 98) auderes hoc dicere 99) dives 1) ſi talem ſervum haberes 2) turbatione *) *edit.* potaſtis *improb. Bentl.* 3) ſecum *) *edit.* huc *prob. Bentl.* 4) Dromo erat ſervus Cteſiphonis 5) o Syre.

---

5. *Exemplum diſciplinae*] i. e. qui exemplo ſuo oſtendit, quae ſit familiae regendae ratio.

9. *rem conſtabiliſſes*] i. e. ut Cicero loquitur Philipp. XI. 2. rem familiarem conſtituiſſes, Plaut. in Captiv. II. 3. 93.

13. *Quaſi re bene geſta*] formula ducta eſt a re militari. Proprie enim duces rem gerere ſive

Eſt Cetſipho intus? SY. Non eſt. DE. Cur hic 6) nominat? 7)
SY. Eſt alius quidam paraſitaſter 7a) paululus. *) 8)
Noſtin? 9) DE. Iam ſcibo 10) SY. Quid agis? Quo abis? DE. Mitte 11) me.
SY. Noli inquam. 12) DE. Non manus abſtines maſtigia? 13)
An tibi mavis cerebrum diſpergi 14) hic. SY. 15) Abiit.
Aedepol comiſſatorem 16) haud ſane commodum 17)
Praeſertim Cteſiphoni. Quid ego nunc agam?
Niſi dum hae ſileſcunt turbae, interea in angulum aliquo 18)
Abeam, atque edormiſcam 19) hoc vini? 20) *) Sic agam.

6) Dromo 7) illum 7a) noſter *) *edit.* parvolus *improb. Bentl.* 8) parvus 9) an noſti 10) ſi intus ſit 11) dimitte me 12) intrare 13) a maſtigia. Maſtix graece. latine dicitur corrigia, qua Syrus impedire volebat Demeam 14) pro diſpergere 15) ſecum 16) comeſſatorem 17) dicam me fuiſſe hodie. non ſum commodus et temperatus conviva. vino enim gravabatur et cibo 18) in aliquam partem 19) excoquam 20) vel villi.

---

rempublicam gerere dicuntur. v. Drakenb. ad Liv. IV. 46.

ACT. V. SCEN. 2.

4. *parvulus*] recte Bentleius e codice Bembino edidit *paululus*. Parvulus etiam de aetate dicitur, paululus non niſi de ſtatura Liv. XXXV. 11.

6. *maſtigia*] a graeco μαστιγιας eſt flagellis dignus, verbero.

10. *ſileſcunt*] i. e. ſopiuntur componuntur Plaut. in Mil. II. 6. 100.

11. *villi*] villum eſt deminutivum a vino et hic ponitur pro crapula. v. Heinſ. ad Petron. c. 69. pag. 448.

(Actus V. Scena III. MICIO. DEMEA.)

MICIO. Parata a nobis ſunt [21]) ut dixi Soſtrata [22])
Ubi [23]) vis. Quisnam a me pepulit tam graviter fores? [23 a])
DE. Ei mihi. Quid faciam? *) Quid clamem aut querar?
O coelum, o terra, o maria Neptuni. MI. [24]) Em [25]) tibi
Reſcivit omnem rem. Id [26]) nunc clamat ſcilicet.
Paratae lites, ſuccurrendum eſt. DE. Eccum adeſt.
Communis corruptela noſtrorum *) liberum [27])
MI. Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi.
DE. Repreſſi, Redii. mitto maledicta omnia.
Rem ipſam putemus; [28]) dictum inter nos hoc fuit.
Ex te adeo ortum eſt, ne tu curares meum [29])
Neve ego tuum. Reſponde. MI. Factum eſt, [30]) non nego.
DE. Cur nunc apud te potat? [30 a]) Cur recipis meum?

*) *ed.* villi *prob. Bentl.* 21) ad nuptias quae pertinent 22) o Soſtrata 23) mox ut 23 a) quis aperuit poſt me oſtium *) *edit. add.* quid agam *prob. Bentl.* 24) ſecum 25) vae 26) propter hoc *) *edit.* noſtrum 27) liberorum frater meus 28) diſcutiamus 29) filium 30) ita 30 a) filius meus.

Act. V. Scen. 3.

2. *pepulit fores*] ex ea ratione, quam ad Andr. IV. 1. 58. explicuimus, ingreſſurus domum dicebatur *domum pellere* vel pultare, cum autem quis exire vellet, tum *crepare, concrepare:* ſed notandus hic locus, ubi etiam egreſſus dicitur fores pellere.

4. *o Maria Neptuni*] Sic *maria Oceani* dixit Flor. IV. 12. p. 893. ubi v. Duker. Saepe autem coelum, mare et terram invocabant. Ovid. Triſt. II. 53. addite Quinctil declam. 6. p. 132.

13. *cur recipis meum*] *recipere* vel receptare plerumque in malam partem dicitur de his qui fures vel alios ſceleratos in domum ſuam recipiunt et occultant in Hec. V. 1. 16. Hinc receptores vel receptatores apud ICtos v. Briſſon. de verbor. ſignificat.

Cur emis [31]) amicam Micio? [32]) Nunquid *) minus
Mihi idem ius aequum eſt eſſe, quod mecum eſt tibi?
Quando ego tuum non curo, ne cura meum.
MI. Non aequum dicis. DE. Non? MI. Nam vetus verbum [33]) hoc quidem eſt.
Communia eſſe amicorum inter ſe omnia.
DE. Facete, nunc demum iſtaec nata oratio eſt.
MI. Auſculta paucis, niſi moleſtum eſt Demea.
Principio ſi id te mordet ſumptum [34]) filii [35])
Quem faciunt, quaeſo facito haec tecum cogites.
Tu illos duos olim pro re [36]) tollebas [37]) tua,
Quod ſatis putabas tua bona ambobus [38]) fore
Et me tum uxorem credidiſti ſcilicet
Ducturum. Eandem illam rationem antiquam obtine [39])
Conſerva, [40]) quaere, [41]) parce, [42]) fac quam plurimum [43])
Illis relinquas. Gloriam tu iſtanc tibi *) obtine.
Mea quae praeter ſpem evenere utantur, **) [44]) Sine [45])
De ſumma [46]) nihil decedet. [47]) Quod hinc [48]) acceſſerit
Id de lucro putato eſſe; [49]) omnia *) haec ſi voles

31) illi 32) o Micio *) *edit.* num qui *prob. Bentl.* 33) proverbium. Yronikos 34) ſumptus 35) noſtri 36) ſecundum tuum poſſe 37) nutriebas 38) filiis 39) rem tuam 40) illis 41) illis bona 42) utere 43) maximam ſubſtantiam *) *edit.* iſtam **) *edit. non diſting.* 44) his 45) permitte 46) tuarum rerum 47) minuetur 48) ex meo illis 49) illis *) *edit.* omne et *diſting. poſt h. v. prob. Bentl.*

---

23. *pro re tua*] i. e. pro modo facultatum tuarum.
tolerabas] i. e. ſuſtentabas Liv. XXVI. 40. Vellei. Paterc. II. 19. Semper hoc verbum ſignificat difficultatem aliquam alendi. v. Cort. ad Salluſt. Catil. c. 37.
31. *de lucro*] de lucro eſſe dicitur quod praeter ſpem evenit, in Phorm. II. 1. 16. *quicquid prae-*

In animo vere cogitare Demea
Et mihi et tibi et illis dempſeris moleſtiam.
DE. Mitto rem, [50]) conſuetudinem illorum. MI. Mane [51])
Scio, iſtuc ibam. Multa Demea in homine
Signa inſunt, ex quibus coniectura facile fit. [52])
Duo [53]) cum idem faciunt, ſaepe ut poſſis dicere.
Hoc licet impune facere huic, [54]) illi [55]) non licet. [56])
Non quod diſſimilis res ſit, [57]) ſed quod *) qui facit. [58])
Quae [59]) ego in *) illis eſſe video ut confidam fore
Ita ut volumus. Video eos **) ſapere, intelligere, in loco [60])
Vereri, inter ſe amare. Scire eſt [61]) liberum [62])
Ingenium atque animum. [63]) Quo vis illos die tu
Reducas. At enim metuas ne ab re ſint tamen
Omiſſiores paulo. O noſter Demea
Ad omnia alia aetate [64]) ſapimus rectius.
Solum hoc unum vitium ſenectus affert hominibus.
Attentiores [65]) ſumus ad rem omnes, [66]) quam [67]) ſat eſt,

50) id eſt 51) expecta 52) i. e. probari poteſt quales futuri ſint 53) homines 54) uni 55) alteri 56) vel? 57) quam faciunt *) *edit. add.* is *prob. Bentl.* 58) diſſimilis eſt 59) ſigna *) *edit. omitt.* in *improb. Bentl.* **) *edit. omitt.* eos *improb. Bentl.* 60) oportune. ubi neceſſe eſt 61) ſcire poſſibile eſt 62) nobile 63) illorum 64) gravi quam habemus 65) quia attent. 66) ſenes 67) plus quam.

---

ter ſpem eveniat id deputare eſſe in lucro. Cic. ad Div. IX. 17. Liv. XL. 8.

34. *Mitto rem etc.*] i. e. omitto de re noſtra quam filii prodigunt veri, ſed de prava illorum vita et moribus queror.

39. *non quo ſed quod*] *non quo* dicitur pro *non qui* ſequente etiam in altero orationis membro *quod.* Cic. ad Div VI. 4.

44. *ab re omiſſiores*] i. e. negligentiores in re familiari curanda. in Heaut. V. 2. 9. His mox opponuntur *attentiores ad rem.*

Quod 68) illos 69) ſat aetas 70) acuet. DE. Ne nimium modo
Bonae tuae iſtae nos rationes Micio, 71)
Et tuus iſte animus aequos ſubvortant. *) MI. Tace.
Non fiet. mitte 72) iam iſtaec. da te mihi hodie. 73)
Exporge frontem. 74) DE. Scilicet ita tempus fert;
Faciundum eſt. Caeterum rus cras cum filio, 75)
Cum prima luce *) ibo hinc. MI. De nocte 76) *) cenſeo 77)

68) ad quam rem 69) puerulos 70) dum venerit 71) o Micio *) *edit.* aequus. o et *u alternant* **) *edit.* ſubvortat *prob. Bentl.* 72) omitte 73) fac quod volo et convivare mecum 74) exhilara et extende rugas 75) Cteſiphone *) *edit.* primo lucu *prob. Bentl.* 76) immo de nocte *) *edit.* immo de nocte *prob. Bentl.* 77) te ire.

---

48. *Attentiores ad rem*] haec plena eſt locutio. Cicero abſolute *attentum* dicit pro *parco* et *diligenti* v. Manut. ad Cic. ad Div. IX. 16. et Graev. ad eund. pro Roſcio Amer. c. 15.

quam ſat eſt] i. e. quam opus eſt in Phorm. V. 3. 14. Liv. XXXVI. 10.

49. *acuet*] i. e. prudentes facit. Nep. in Dione c. 8.

51. *animus aequus*] *animus aequus* dicitur, qui, quicquid accidit, in bonam partem accipit. Flor. III. 21. *aequiore animo utcunque ferrem.*

53. *Exporge frontem*] i. e. oſtende te hilarem. Plaut. in Caſ. II. 4. 3. idem valet *frontem explicare, ſolvere, relaxare*, contrarium *frontem contrahere, corrugare, ducere, adducere, adſtringere* v. Lambin. ad Horat. Epiſt. I. 18. 94. et quae annotavimus ad Rutil. Lup. I. 69.

55. *primo luci*] adverbialiter ponitur more antiquo ut *mani* pro *mane.* Plaut. in Ciſtell. II. 1. 49. *cum primo luci cras* etc. v. Perizon. ad Sanctii Min. I. 9. p. 64. et Bentl. ad h. l. His autem temporum nominibus ſaepe additur praepoſitio *cum.* Hirtius de B. Afric. c. 62. *cum primo mane* Salluſt. in Jug. c. 68, *cum occaſu ſolis.*

de nocte] h. e. ſtatim a media nocte vel multum adhuc nocti. Cic. pro Murena c. 33. Horat. Epiſt. I. 2. 32. Sic *de die* eſt ſtatim a meridie, multa adhuc die Liv. XXV. 23. ubi v. Drakenb. infra V. 9. 8. v. Bentl. ad Horat. Epiſt. I. 18. 91. et Erneſt. in Clave Ciceron. voce *de.*

Hodie modo hilarum te fac. DE. Et iſtam pſaltriam
Una illuc mecum hinc abſtraham. MI. Pugnaveris 78)
Eo pacto prorſum illic 79) alligaris 80) filium.
Modo facito ut illam ſerves. DE. Ego iſtuc videro,
Atque illi favillae 81) plena fumi ac pollinis 82)
Coquendo ſit 83) ſaxo et molendo. 84) Praeter haec
Meridie ipſo faciam ut ſtipulam colligat.
Tam excoctam reddam atque atram, quam carbo eſt. MI. Placet.
Nunc mihi videre 84 a) ſapere. DE. *) Atque equidem filium
Tum etiam ſi nolit, cogam ut cum illa una cubet.
Derides. 85) fortunatus qui iſtoc 86) animo ſies
Ego ſentio. 87) MI. Ah. Pergisne? DE. Iam, iam deſine. *)
MI. I, ergo intro et cui rei eſt **) ei rei hunc ſumamus diem hilarem.

78) pugnam et diſcordiam cum filio generabis ſi hoc feceris 79) in domo tua 80) pro alligaveris 81) pſaltriae 82) genus farinae 83) ut ſit 84) id eſt facio ut coquendo et molendo ſit plena fumi et pollinis 84 a) videris. yronicos *) *edit. tribuit haec verba usque ad* cubet *Micioni et ſequentia a* Derides *Demeae, neque video editorum cuiquam meliorem loquentium diſtributionem, quam codex praefert, probatam eſſe* 85) me 86) tali 87) filiorum audaciam vel quod derides me *) *edit.* deſino *prob. Bentl.* **) *edit. add.* opus eſt *improb. Bentl.*

---

57. *pugnaveris*] i. e. magnam rem feceris, ut bene explicat Donatus. in Eun. V. 2. 60.

58. *illi alligaris filium*] i. e. feceris, ut illic ſemper maneat filius. Propert. I. 5. 12. ubi v. Broukhuſ. *illi* antique pro *illic* nempe rure.

(Actus V. Scena IV. DEMEA.)

DEMEA. 88) Nunquam ita quisquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit, 89)
Quin 90) res, aetas, uſus ſemper aliquid apportet novi,
Aliquid moneat, ut illa quae te ſcire credas, neſcias,
Et quae tibi putaris prima 91) in experiundo 92) repudies.
Quod nunc mihi evenit. Nam ego vitam duram quam duxi *) usque adhuc,
Prope iam excurſo ſpatio 93) mitto; 94) id quamobrem? re ipſa 95) repperi. 96)
Facilitate 97) nihil eſſe homini melius, neque clementia. 98)
Id eſſe verum ex me atque ex fratre cuivis 99) facile eſt agnoſcere. *)
Ille ſuam ſemper egit vitam in otio, in conviviis,

88) Dolet Demea quod durus erga filios nimium fuerit et ſimulat ſe lenem 89) i. e. bene vixit 90) ut non 91) optima 92) probando quod non ſint optima *) *Haec prima codicis lectio fuiſſe videtur, nunc* qua vixi 93) vitae 94) omitto. vel. 95) in veritate 96) vel; 97) lenitate 98) eſſe nihil melius 99) alicui *) *edit.* noſcere *prob. Bentl.*

Act. V. Scen. 4.

1. *ſubducta ratione*] *ducere, deducere, ſubducere*, propria verba ſunt de rationibus pecuniariis. Veteres enim rationes computabant calculis additis vel ſubductis v. Gronov. Obſ. II. 10. *Subducit rationes* qui eas computat et cognoſcit, quid ſit expenſum, quid acceptum, quid reliquum. Plaut. in Curcul. III. 1. 1. Cic. ad Attic. V. epiſt. ult. Hinc eleganti translatione rationes ſubducere dicitur, qui ſecum meditatur, quomodo recte vivendum ſit. Cic. ad Div. I. 9.

6. *decurſo ſpatio*] i. e. vita prope exacta. Ducta eſt translatio a ſtadio in quo curſores ſe exercebant, quod Latini *ſpatium* vocant. Plaut. in Mercat III. 2. 4. Cic. pro Quint. c. 31. v. Lambin. ad Lucret. III. 1055. et Schulting. ad Sen. controv. I. 121.

Clemens, placidus, nulli laedere, os **) 2) arridere omnibus.
Sibi vixit, ſibi ſumptum fecit, omnes benedicunt, 3) amant.
Ego ille agreſtis, ſaevus, triſtis, parcus, truculentus, 4) tenax 5)
Duxi uxorem. Quam ibi miſeriam vidi. Nati filii.
Alia cura. 6) Porro autem tum ſtudeo illis ut quam plurimum
Facerem 7) contrivi in quaerendo 8) vitam atque aetatem meam.
Nunc exacta aetate hoc fructi, 9) pro labore ab his 10) fero,
Odium. 11) Ille alter 12) ſine labore patria potitur commoda;
Illum amant, me fugitant. Illi credunt conſilia omnia.
Illum diligunt; apud illum ſunt ambo. ego deſertus ſum.
Illum ut vivat optant, meam autem mortem expectant. *) ſcilicet,
Ita eos meo labore eductos 13) maximo, hic fecit ſuos

**) *edit. diſting. poſt* os *prob. Bentl.* 2) in praeſentiam 3) illum 4) crudelis 5) avarus 6) poſt uxorem 7) multoties adquirerem 8) in adquirendis lucris ut bona relinquerem eis 9) pro fructus i. e. remunerationis 10) filiis 11) videlicet od. 12) frater meus *) *edit. diſting. poſt* Scilicet *prob. Bentl.* 13) educatos.

---

10. *nulli laedere os*] i. e. neminem coram offendere.

11. *ſibi vixit*] h. e. ſecutus eſt vitam ſibi commodiſſimam alienis negotiis ſe non immiſcens.

benedicunt] i. e. laudant, probant. Cic. pro Sextio c. 52.

14. *ut quam plurimum facerem*] i. e. conficerem, corroderem Liv. I. 9. Sic frequentiſſimum eſt *rem facere*.

16. *exacta aetate*] i. e. ad finem perducta Cic. Verr. V. 8. Salluſt. in Jug. c. 6. ubi v. Cortium.

21. *fecit ſuos*] i. e. ſibi ob-

Parvo *) [14]) ſumptu. Miſeriam omnem ego capio. hic potitur gaudia.
Age, age nunc experiamur contra haec quid *) ego poſſiem, **)
Blande dicere, ac ***) benigne facere quando eo [15]) *) provocat. [16])
Ego quoque a meis me amari, et magni pendi [17]) poſtulo.
Si id fit [18]) dando atque obſequendo, non [19]) poſteriores *) [20]) feram.
Deerit, [21]) id mea minime refert, [22]) qui ſum natu maximus.

(Actus V. Scena V. SYRUS. DEMEA.)

SYRUS. Heus Demea [23]) rogat frater ne abeas longius
DE. Quis homo? O Syre noſter ſalve, quid fit? quid agitur?
SY. Recte. DE. [24]) Optume eſt. [25]) Iam nunc haec tria primum addidi,

*) *edit.* paulo *probante Bentl.* 14) vel paulo *) *edit.* contra, ecquid *prob. Bentl.* **) *edit. non diſting. prob. Bentl.* ***) *edit.* aut *prob. Bentl.* 15) huc *) *edit.* hoc *improb. Bentl.* 16) ſcilicet me 17) pro magno haberi et venerari 18) tali modo hominem amant 19) poſthac non *) *edit.* poſterioris *mend. typogr.* 20) ſed cariores 21) forſitan ſubſtantia mea 22) nihil ad me pertinet 23) o Demea 24) ſecum 25) a me dictum iſtud.

ſtrinxit, conciliavit. Nepos in Alcib. c. 3. infra V. 6. 10. quod imitatur Ovid. Art. amat. II. 259. *fac plebem mihi crede tuam*

24. *Blande dicere*] i. e. humanior eſſe ſermone et verbis in Hec. V. 4. 21.

benigne facere] i. e. liberalis et munificus eſſe. Rutil. Lup. II. p. 127. ubi. v. quae annotavimus.

26. *non poſteriores feram*] ſcilicet partes i. e. primus ero in dando atque obſequendo v. Donat. ad h. l. Unde locutio ducta ſit, explicuimus ad Eun. I. 2. 71.

27. *Deerit*] ſupplendum *ſi,* quod ſaepe omittitur.

Praeter naturam,[26]) O noſter, quid ſit? quid agitur?
Servum haud inliberalem [27]) praebes te, [28]) et tibi
Lubens bene ſaxim. [29]) SY. Gratiam habeo. DE. Atqui [30]) Syre,
Hoc verum eſt, et ipſa re experiere propediem [31])

(Actus V. Scena VI. GETA. DEMEA.)

GETA. [32]) Era, ego hinc *) ad nos [33]) *) proviſam **) quam mox [34]) virginem
Accerſant; *) [35]) ſed eccum Demeam. Salvus ſies.
DE. Oh, qui [36]) vocare? [37]) GE. Geta. [38]) DE. Geta hominem maximi
Pretii eſſe te hodie iudicavi animo meo.
Nam is mihi eſt profecto ſervus ſpectatus [39]) ſatis,
Cui dominus [40]) curae eſt ita ut tibi ſenſi [41]) Geta,
Et tibi ob eam rem [42]) ſi quid uſus [43]) venerit,
Lubens benefaxim. Meditor eſſe affabilis;

26) conſuetudinem 27) inhoneſtum 28) o Syre 29) bene faciam 30) certe 31) in proximo tempore 32) Geta ſervus dominam ſuam alloquitur Soſtratam *) *edit.* huc *prob. Bentl.* 33) Micionem et alios. vel hos *) *edit.* hos *prob. Bentl.* **) *edit.* proviſo *prob. Bentl.* 34) quam cito *) *edit.* arceſſant *improb. Bentl.* 35) evocent 36) quomodo 37) vocaris 38) dicor 39) probabilis, cariſſimus 40) ego 41) carum mihi 42) quia utilis es 43) utilitas.

Act. V. Scen. 5.

4. *praeter naturam*] i. e. praeter indolem, praeter ingenium. Nepos in Attico c. 5. Petron. c. 52. v. Broukhuſ. ad Propert. II. 16. 28.

5. *Servum haud illiberalem*] h. e. ſervum tali ingenio, quali non ſervi, ſed ingenui et liberi homines eſſe ſolent v. not. ad Andr. I. 1. 11.

Act. V. Scen. 6.

3. *qui vocare*] i. e. quod tibi nomen eſt. Sen. epiſt. 95.

8. *meditor eſſe affabilis*] i. e. exerceo me ad affabilitatem. Sic *meditari ſe ad curſum* apud

Et bene procedit. GE. Bonus es, cum haec exiſtumas.
DE. Paulatim plebem primolum 44) facio 45) meam.

(Actus V. Scena VII. AESCHINUS. DEMEA. SYRUS. GETA.)

AE. Occidunt me quidem dum nimis ſanctas 46) nuptias
Student facere, in apparando totum conſumunt diem.
DE. Quid agitur Aeſchine? AE. Ehem pater mi, tun hic eras?
DE. Tuus hercle vero et animo et natura pater
Qui te amat plus quam hoſce 47) oculos. Sed cur non domum 48)
Uxorem quaeſo *) accerſis? **) AE. Cupio. Verum mihi mora eſt,

44) inprimis 45) mea lenitate 46) religioſas 47) ce, adiectio ſyllabica 48) deeſt ad *) *edit. om.* quaeſo *prob. Bentl.* **) *edit.* arceſſis *impr. Bentl.*

Plaut. in Sticho II. 2. 34. ſignificat exercere ſe ad curſum. Veteres quodvis *corporum exercitium* meditationem dicunt, meditationem campeſtrem pro exercitatione armorum in campo Martio.

9. *bene procedit*] i. e. ex voto ſuccedit. *Procedere* etiam ſimpliciter dicitur pro proſpere ſuccedere. Liv. II. 44. *eandem viam velut proceſſiſſet* etc. ubi v. Drakenb. Eodem modo dicitur *provenire* Juſtin. VII. 6. *) unde *ſecundarum rerum proventus* apud Livium XLV. 41. ubi v. Drakenb. Utrumque verbum eodem ſenſu etiam de perſonis dicitur. infra V. 9. 22. Plaut. in Trucul. II. 6. 35. *tu recte proveniſti* v. Schulting ad Sen. Suaſor. I. p. 15.

Act. V. Scen. 7.

1. *Occidunt me*] i. e. maximam mihi moleſtiam creant. Horat. epod. XIV. 5. iu Phorm. IV. 3. 67. Sic *enecare* apud comicos paſſim dicitur.

6. *hoc mihi morae eſt*] i. e. hoc me moratur, me retinet. Iuſtin. XXIX. 2.

*) Legitur tamen ibi *rebus feliciter provenientibus.*

Tibicina et himeneum 49) qui canat. *) DE Eho,
Vin tu huic seni auscultare? AE. Quid? DE. Missa 50) haec face 51)
Turbam, 52) *) himeneum, lampadas, tibicinas
Atque hanc in horto maceriam iube dirui
Quantum potest; hac 52a) transfer, unam fac domum 53)
Transduce *) 54) et matrem et familiam omnem ad nos. AE. Placet.
Pater lepidissime. DE. Euge; 55) iam lepidus vocor.
Fratris aedes fient perviae, turbam 56) domum
Adducet et sumptum admittet. Multa; quid mea? 57)
Ego lepidus ineo 58) gratiam. Iube nunc iam
Dinumeret 59) ille *) Babylo viginti minas. 60)
Syre 61) cessas 62) ire ac facere? SY. Quid ago? DE. Dirue; 63)
Tu illas, abi, et traduce 64) Dii tibi Demea

49) carmen nuptiarum *) *edit.* cantent *prob. Bentl.* 50) emissa 51) fac 52) populi *) *edit.* turbas *prob. Bentl.* 52a) in hanc domum 53) Micionis et Sostratae *) *edit.* Traduce 54) transduc 55) congratulantis 56) convivarum 57) interest 58) intromitto 59) servus tuus *) *edit.* illi *improb. Bentl.* 60) ad dotem 61) o Syre 62) cur cessas 63) maceriam 64) illas.

---

9. *lampadas*] i. e. faces nuptiales Ovid. epist. XII. 137. *ut subito nostras Hymen cantatus ad aures Venit et accenso lampades igne micant* ubi v. Burmann.

17. *Babylo*] disceptant interpretes *Babylo* sit dativus a Babylus, an *Babylo* vocetur primo casu. Posterior sententia verissima est. Nam fratrem vocat *Babylonem* pro prodigo, quod Medi et Persae tum omnium ditissimi et luxuriosissimi erant. Locum difficilem egregie expedivit Bentlei. cuius explicationen probat, cui raro Bentleiana placent, Burm. ad Sueton. in Nerone c. 36.

19. *tu illas abi et traduce*] notanda est σύγχυσις vel traiectio verborum pro *tu abi et illas traduce* quae offendit Guyetum et alios, sed bene vindicatum est a Perizon. ad S. Minerv. IV. p. 723. Sic Plaut. in Mercat. V. 4. 35. *serva et subveni hunc senem.*

factum velle] i. e. bene velle, favere. Gellius VII. 3. *quid*

Benefaciant, cum te video noſtrae familiae
Tam ex animo factum velle. DE. Dignos arbitror.
Quid tu ais Aeſchine? *) AE. Sic opinor. Multo rectius eſt [65])
Quam illam puerperam hac nunc duci *) per viam
Aegrotam. AE. Nihil enim melius vidi, mi pater.
DE. Sic ſoleo. Sed eccum. Micio egreditur foras.

(Actus V. Scena VIII. MICIO. DEMEA. AESCHINUS.)

MICIO. Iubet frater? [66]) ubi is eſt? Tun [67]) iubes Demea?
DE. Ego vero iubeo, et hac re et aliis omnibus
Quam maxume unam facere [68]) nos hanc familiam
Colere, adiuvare, adiungere. AE. Ita quaeſo pater.
MI. Haud aliter cenſeo. DE. Immo hercle ita nobis decet.
Primum huius [69]) uxoris [70]) eſt mater. [71]) MI. Quid poſtea?
DE. Proba et modeſta. MI. Ita aiunt. DE. Natu grandior
MI. Scio. DE. Parere iam diu haec per annos non poteſt,
Nec qui eam reſpiciet *) quisquam eſt. Sola eſt. MI. Quam hic [72]) rem agit?
DE. Hanc te aequum eſt ducere et te operam ut fiat dare.

*) *ed. omitt.* Aeſchine *prob. Bentl.* 65) ut per dirutam maceriam viridiarii veniat *) *edit.* nunc duci huc *improb. Bentl.* 66) dirui maceriam 67) vel tune 68) domum 69) Aeſchini 70) Pamphilae 71) Soſtrata *) *edit.* reſpiciat *prob. Bentl.* 72) frater meus.

---

utile eſſet etc. ubi v. magnum Gronov. Symmach. I. 77. *quaeſo ut ei virtute qua celſus es factum velis.* Plura de hac exquiſita formula Caſaub. ad Apuleii apolog. p. 168.

MI. Me ducere autem? DE. Te. MI. Me? DE. Te inquam. MI. Ineptis. 73) DE. Si tu ſis homo, 74)
Hic 75) faciat. AE. Mi pater. MI. Quid *)tu hunc 76) *) aſine auſcultas? DE. Nihil agis? **)
Fieri aliter non poteſt. MI. Deliras. AE. Sine te exorem, mi pater.
MI. Inſanis. ***) DE. Da veniam 77) quaeſo *) filio. MI. Sat inſanus **) es? Ego
Novus maritus anno demum quinto et ſexageſimo
Fiam? atque anum decrepitam ducam? Id ne eſtis 78) auctores mihi?
AE. Fac, promiſi ego illis. 79) MI. Promiſiſti autem? De te 80) largitor puer 81)
DE. Age; quid, ſi quid te maius oret? MI. Quaſi hoc non ſit maximum.

73) ſtulte agis 74) o Aeſchine 75) Micio *) *edit. interrogat. improb. Bentl.* 76) vel huic *) *edit.* huic *prob. Bentl.* **) *edit. non interrogat. prob. Bentl.* ***) *ed. addit.* aufer 77) fac quod peto *) *edit. omitt.* quaeſo *prob. Bentl.* **) *edit.* Satin. ſanus *prob. Bentl.* 78) in hoc 79) matri et filiae 80) ſis 81) o puer non de alio.

Act. V. Scen. 8.

11. *me ducere autem*] particula *autem* cum interrogatione indignandi vim habet et correctioni ſervit, mox v. 17. *promiſiſti autem* et v. 27. *paulum id autem.*

12. *nihil agis*] frequens formula de inani opera. Cic. pro Roſcio Amer. c. 45. *quae ſi in patronum ſuum voluerit conferre, nihil egerit.* Rutil. Lup. II. 120. *cogis me iniuriae tuae cauſam proferre. Nihil agis* ubi v. quae annotavimus.

14. *aufer*] ſcilicet manum qua orans patris manum prenſabat. Donatus intelligi vult *te. Auferre ſe* eſt *abire*, ut afferre ſe, advenire.

da veniam filio] h. e. fac rogata, concede quod filius petit Cic. ad Quint. fratr. III. 1. *Caeſaris conſilium probo quod tibi veniam non dedit uti — reſcriberet.*

17. *de te largitor*] i. e. de bonis tuis. Plaut. in Pſeudolo II. 4. 45. *poſſum a me dare* Cic. ad Attic. V. 21. *ſe a me ſolvere* v. Schwarz. ad Plinii Panegyr. c. 26.

DE. Da veniam. AE. Ne gravare. 82) DE. Fac, promitte. MI. Non omittis? 83)
AE. Non, niſi te exorem. MI. Vis 84) eſt haec quidem. DE. Age, prolixe 85) Micio.
MI. Etſi hoc mihi pravum, ineptum, abſurdum atque alienum a vita mea 86)
Videtur, ſi vos tantopere iſtuc vultis, fiat. AE. Bene facis.
Merito amo te. DE. Verum quid ego dicam, *) hoc cum fit **) quod volo?
Quid nunc quod reſtat? Hegio eſt his cognatus proxumus,
Affinis nobis, pauper, bene nos aliquid facere illi decet.
MI. Quid facere? 87) DE. Agelli eſt hic ſub urbe paululum, quod locitas 88) foris. *)
Huic demus 89) qui fruatur. 90) MI. Paululum id autem eſt? *) DE. Si 91) multum ſit, *)

82) gravaris 83) vel omittitis *quam lectionem recepit Bentl.* 84) violentia 85) iocunde 86) ut vetulus vetulam ducam *) *edit. hic ponit interrogat. et tollit poſt* volo **) *edit.* hoc confit *impr. Bentl.* 87) ei poſſumus 88) locas et per hoc mercedem donas *) *edit.* foras 89) illum 90) illo *) *edit. omitt.* eſt *improb. Bentl.* 91) deeſt etiam (etiamſi) *) *ed. add.* tamen *prob. Bentl.*

---

20. *vis haec quidem*] eſt formula eorum, qui vehementius premebantur vel vi externa vel verbis et oratione, Cic. de Amicit. c. 8 *vim hoc quidem eſt afferre.* Sueton. in Caeſ. c. 82. *iſta quidem vis eſt.*

26. *ſub hac urbe*] i. e. ad urbem, prope urbem. In hac forma *ſub* inprimis ponitur in propinquitate loci editioris. Sic elegantius eſt *ſub monte caſtra metari* quam *prope montem.*

quod locitas foras] i. e. quod peregrinis locas colendum.

27. *Huic demus qui fruatur*] i. e. huic concedamus fruendum, ut annuos inde fructus et reditus percipiat, ita tamen ut ager tuus maneat, qualis ICtis *uſufructuarius* dicitur. Liv. XLII. 19. *Qui*

Faciundum eſt, pro patre huic 92) eſt; bonus eſt, noſter eſt, recte datur.
Poſtremo non meum illud verbum facio, quod tu Micio
Bene et ſapienter dixti dudum. Vitium commune omnium 93) eſt,
Quod nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus. Hanc maculam nos 94) decet
Effugere. Dictum eſt vere; 95) et ipſa re fieri oportet.
MI. Quid iſtuc? dabitur quidem, *) quando **) hic vult. AE. Mi pater.
DE. Nunc tu mihi es germanus et animo et corpore; gaudeo
Suo ſibi gladio hunc iugulo. 96)

(Actus V. Scena IX. SYRUS. DEMEA. MICIO. AESCHINUS.

SYRUS. Factum eſt quod iuſſiſti Demea.
DE. Frugi 97) homo es. Ego edepol hodie mea quidem ſententia

92) Pamphilae, quam filius noſter ducit 93) ſenum 94) vel nobis 95) a te *) *edit. diſting. poſt* dabitur **) *edit.* quandoquidem *improb. Bentl.* 96) ſuo proverbio illum caſtigo 97) ſapiens.

---

eſt ablativus ut in Heaut. IV. 5. 30.

28. *pro patre*] i. e. loco patris. Cic. Verr. IV. 41.

35. *ſuo ſibi gladio hunc iugulo*] i. e. quod ipſe dixit, in ipſum converto, dicto ſuo contra ipſum utor. Idem proverbium eſt apud Ciceron. pro Caecina. 29. *Suus ſibi* eleganter iunguntur et valent *ſuus proprius*. Plaut. in Capt. I. 1. 14. Cic. de Amic. c. 3. Gellius V. 10.

Act. V. Scen. 9.

1. *Factum eſt quod iuſti*] ducta eſt formula a more militiae. Nam tribunus vel centurio iuſſus aliquid exſequi, imperatori renunciabat id factum. Sueton. Tiber. c. 21. ubi v. Caſaub.

Iudico Syrum fieri eſſe aequum [98]) liberum. MI Iſtunc liberum?
Quodnam ob factum? DE. Multa [99]) SY. O noſter Demea, edepol vir bonus. *)
Ego iſtos vobis usque [1]) a pueris [2]) curavi ambos ſedulo.
Docui, monui, bene praecepi ſemper quae potui omnia.
DE. Res apparet. SY. *) Et quidem porro haec obſonare [3]) cum fide,
Scortum abducere, *) apparare de die convivium.
Non [4]) mediocris hominis haec ſunt officia. SY. O lepidum [5]) caput.
DE. Poſtremo hodie in pſaltria iſtac emunda, [6]) hic adiutor fuit,
Hic curavit, prodeſſe [7]) aequum eſt. alii [8]) meliores erunt.
Denique hic [8a]) vult fieri. [9]) MI. Vin tu hoc fieri? AE. Cupio. MI. Si quidem
Tu vis, Syre [10]) eho accede huc ad me. Liber eſto. SY. Bene facis.
Omnibus gratiam habeo, et ſeorſum [11]) tibi praeterea Demea. [12])
DE. Gaudeo. AE. Et ego. SY. Credo. Utinam hoc perpetuum fiat gaudium.

98) iuſte. 99) fecit bona *) *edit. add.* es *prob. Bentl.* 1) valde 2) ab infantia. *) *In marg. a prima, ut videtur manu haec verba Syro tribuuntur, quae ſecundum edit. et Bentl. ad ſermonem Demeae pertinent* 3) obſonia parare *) *edit.* adducere, *improb. Bentl.* 4) *Eadem antiqua manus ſuperſcripſit* al. (alii) Demea 5) iucundum 6) pro emenda 7) illi 8) ſervi 8 a) Aeſchinus 9) ut liber fiat 10) o Syre 11) ſpecialiter 12) o Demea.

---

7. *Res apparet*] i. e. res ipſa docet, rerum teſtimonia adſunt.

cum fide ſcortum] i. e. pſaltriam quae fidibus canat. Frequentior eſt pluralis *fides, ium.*

Frigiam*) [12a]) ut uxorem meam, una videam liberam.
DE. Optumam quidem mulierem. SY. Et tuo quidem nepoti huius [13]) filio, *)
Hodie primam mammam dedit haec. DE. Hercle vero ſerio.
Si quidem primo **)dedit, haud dubium eſt, quin emitti [14]) aequum ſiet.
MI. Ob eam rem? DE. Ob eam. Poſtremo a me [15]) argentum quanti [16]) eſt, ſumito.
SY. Dii tibi Demea [17]) omnes ſemper omnia optata afferant. [18]) *)
MI. Syre, [19]) proceſſiſti hodie pulchre. [20]) DE. Si quidem porro Micio
Tu tuum officium facies, atque aliquid huic [21]) prae manu paululum
Dederis, unde utatur, reddet tibi cito. MI. Iſtoc vilius. [22])

*) *edit.* Phrygiam *prob. Bentl.* 12 a) proprium nomen feminae 13) Micionis *) *edit. non diſting.* **) *edit.* primam. *Bentl.* prima 14) emitti i. e. manu mitti ac per hoc liberum fieri, et eſt verbum iuris 15) o Micio 16) ſi gratis non vis 17) o Demea 18) vel offerant *) *edit.* offerant *prob. Bentl.* 19) e Syre 20) in omnibus tuis factis 21) Syro 22) ad faciundum.

---

16. *uxorem*] ſervae quae a ſervis in contubernio habentur, non uxores aut coniuges, ſed proprie contubernales habentur. Sed veteres ſcriptores non ſemper hoc diſcrimen obſervant.

19. *emitti*] ſcilicet manu. Locutio plena in Phorm. V. 5. 2. Simpliciter *emittere* apud Plaut. in Pſeud. IV. 2. 42.

22. *proceſſiſti pulchre*] i. e. pulchre tibi proceſſit. Horat. Serm. I. 2. 38. ubi v. Bentl.

23. *prae manu*] ita dicuntur nummi praeſentes qui adſunt. Plaut. Bacchid. IV. 3. 10. Burmann. ad Petron. c. 76. p. 492. *prae manu* perperam refert ad *dare* comparans locutionem *nummos in manu ponere*.

24. *unde utatur*] i. e. quo vivat. Plaut. Trin. II. 2. 74. Cic. ad Attic. XI. 11. Hanc loquendi formulam pulchre explicat Gronov.

iſtoc vilius] Donatus ait ne-

AE. Frugi homo eſt. SY. Reddam hercle; da modo. AE. Age pater. MI. Poſt conſulam [23]
DE. Facies. [24] *) SY. O vir optume. AE. O mi pater feſtiviſſime.
MI. Quid iſtuc? Quae res tam repente mores mutavit [25] tuos?
Quod prolubium? [25] Quae iſta ſubita eſt largitas? DE. Dicam tibi,
Ut id oſtenderem quod te iſti facilem et feſtivum [26] putant,
Id non fieri ex vera vita, neque adeo ex aequo [27] et bono,
Sed ex aſſentando, [28] indulgendo et largiendo Micio. [29]
Nunc adeo ſi ob eam rem vobis mea vita inviſa Aeſchine [30] eſt,
Quia non iſta *) iniuſta prorſus omnia [31] omnino obſequor,
Miſſa facio. Effundite, [32] emite, [33] facite quod vobis lubet.
Sed ſi id vultis potius quae vos propter adoleſcentiam

23) memet ipſum 24) vel faciet *) *edit.* faciet *improb. Bentl.* 24) o Demea 25) prolubium eſt effuſio ſordium et ponitur pro largitate 26) patrem 27) animo 28) adulando 29) o Micio. ita ideo mutatus ſum 30) o Aeſchine *) *edit.* iuſta *prob. Bentl.* 31) quae. vos delectant 32) prodige expendite 33) meretrices.

---

gationem eſſe floccum oſtendentis aut tale quid v. Bentl. ad h. l.

28. *Quod proluvium*] a *proluo* interpretes explicant effuſam largitatem. Sed praeſtat legere *prolubium* a *prolubere.* i. e. promtus animus ad largiendum. Hanc ſcripturam ſequitur Donatus confirmatque Bentl.

33. *omnia obſequor*] Eadem conſtructione in Phorm. I. 2. 29.

Minus videtis magis inpenſe 34) cupitis, 35) conſulitis 36) parum
Haec reprehendere et corrigere me, et obſecundare in loco. 37)
Ecce me, 38) quid *) faciam vobis? AE. Tibi pater permittimus. 39)
Plus ſcis 40) quid opus facto eſt; ſed de fratre 41) quid fiet? DE. Sino.
Habeat; 42) in iſtac 43) finem faciat. AE. Iſtuc recte. ω. Plaudite.

CALLIOPIUS RECENSUI.

34) adverbialiter magis impenſe i. e. impenſius 35) largiter expendere 36) vos duo filii mei 37) oportune 38) habetis patrem *) *ed.* qui id *et non interrogat* 39) poteſtatem ſuper nos 40) quam nos 41) meo Cteſiphone 42) pſaltriam 43) in ipſam uxorem.

---

36. *conſulitis parum*] i. e. parum conſulto agitis. Salluſt. de republ. ordin. I. 1. v. Gronov. ad Liv. XXI. 16.

37. *obſecundare in loco*] i. e. obſequi Liv. III. 35. ubi v. Drakenb.

H E C Y R A.

INCIPIT HECYRA FELICITER. ACTA LUDIS ROMANIS SEX. JUL. CAES. GN. CORNEL. AEDILIBUS CURILIBUS. NON EST PERACTA TOTA. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDITIBIIS PARILIBUS GN. OCTAVIO T. MANLIO CONS. RELATA EST ITERUM LUDIS FUNEBRIBVS. REŁATA EST TERTIO. Q. FULVIO. L. MARCO AEDILIBUS CURULIBUS.

Acta eſt iſta fabula Echira quae ſequitur, quam latinus comicus Terentius compoſuit ludis Romanis, id eſt dum ludi agerentur, quos primo Romani adinvenerant. Habebant audem ludos, quos ab aliis gentibus acceperant, Sexto Iulio Caeſare, Gneo Cornelio Aedilibus curulibus id eſt officium habentibus ſuper curiam et ſenatum. Nam Iulius Caeſar per omnes gradus aſcendendo dignitatum pervenit ad imperii apicem. Non eſt peracta, id eſt non eſt recitata tota iſta fabula. Bis eſt inchoata recitari. Sed ſicut ipſe in prologo declamat, non potuit ex toto recitari, quoniam ſupervenerunt ludi gladiatorum et beſtiarum. Et coepit plebs vulgaris et levis vociferare et illos ludos proſpectare, impeditaque eſt fabula. Tertia vero vice tota recitata eſt. Prima vero vice quando impedita eſt, iſti erant aediles curules quos ſupra poſuimus. Modos autem fecit Flaccus qui ſolebat clauditibiis paribus id eſt duabus. Gneo Octavo, Tito Manlio conſulibus. Repetita eſt iterum, ſed non eſt peracta impedientibus ludis funebri-

bus. Relata eſt tertio tota non impedientibus ludis, Quinto Fulvio, Lucio Marco aedilibus curulibus. Funebres ludi vocabantur quos exercebant in anniverſariis regum aut principum quos inter heroas computabant. AECHIRA nomen huic fabulae eſt. Dicta autem Aechyra a loco haud longe diſtante ab Athenis ubi haec acta ſunt.

DE PROLOGO.

Mea cauſa (v. 20.) id eſt propter meam cauſam qui recito hanc fabulam accipite, et date ſilentium, ut libeat aliis poetis ſcribere delectabiliter, mihique ut diſcernere novas fabulas expediat. Emptas, poſt hac meo pretio (v. 49.) id eſt beneficio et favorem impendendo poetae. In hoc quodammodo eas emebat, quod poetae victum et veſtimenta praebebat.

Haec fabula multiplices habet varietates. Summa tamen eius haec eſt. Pamphilus quidam adoleſcens filius Lachis ſenis et Soſtratae amabat nimium quandam meretricem nomine Bachidem ignorante hoc patre et matre. Et veniente iam aetate qua uxorem ducere habilis erat, pater ſuus Lachis deſponſavit ei aliam puellam nomine Philumenam Phidippi et Merinae, ipſo nolente quoniam fidem habebat Bachidi. Quid multa? Duxit Philumenam cui quondam ignoranter vitium fecerat concubendo cum ea, eiusque annulum quem per vim detraxerat, dederat amicae ſuae Bachidi. Multis igitur diebus cum manſiſſent ſimul, poſtquam eam duxit, non concubuit cum ea, quoniam dolebat, quod fidem quam Bachidi promiſerat non ſervaſſet. Illis etiam diebus certa cauſa exiſtente a patre miſſus eſt profectus in Imbrum. Tunc Philumena quam deſponſaverat, et quam domi dimiſerat ſentiens ſe gravidam, ex hoc quod ea nolente et ignorante Pamphilus quondam concubuerat cum ea reverſa eſt ad domum paternam indicans hoc ſoli matri. Cu-

ius consilio finxit se aegram esse, ne id socrus agnosceret aut illius quilibet. Revertitur pamphilus de Imbro rem omnem deprehendit, et matre ipsius puellae exorante partum celat, uxorem tamen recipere non vult ignorans quod ex se gravida esset. Redarguit eum pater ob amorem Bachidis et ipsam Bachidem. Sed dum purgatur Bachis, anulum vitiatae filiae recognoscit Mirhina in digito Bachidis. Sicque per hoc agnitum est, a Pamphilo eam gravidam factam. Uxorem recipit Pamphilus cum filio Pamphilo quem pepererat Philumena.

ARGUMENTUM (auct. C. Sulpit. Apollinari v. edit. pag 221.)

Uxorem duxit Pamphilus Philumenam,
Cui quondam ignorans virgini vitium obtulit,
Eiusque per vim quem detraxit, anulum,
Dederat amicae Bachidi meretriculae.
Dein profectus in Imbrum est. Nuptam haud attigit.
Hanc mater utero gravidam, ne id sciat socrus,
Ut aegram ad se transfert. Revenit Pamphilus,
Deprehendit partum, celat, uxorem tamen
Recipere noluit. Pater incusat Bachidis
Amorem. Dum se purgat Bachis anulum
Mater vitiatae forte agnoscit Mirrhina,
Uxorem recepit Pamphilus cum filio.

PROLOGUS TERENTII AFRI.

Hecyra est huic nomen fabulae. Haec cum data est
Nova, [1]) novum intervenit vitium [2]) et calamitas, [3])

1) noviter recitata 2) impedimentum 3) infortunium poetae.

Prologus. I.

1. *cum data est nova*] i. e. cum primum acta est. Cic. Tusc. quaest. I. 1. *Livius fabulam dedit* in Bruto c. 18. *Livius primus fabulam docuit.*

2. *vitium*] i. e. impedimentum, Vox sumta est ex augurali

Ut neque ſpectari, neque cognoſci potuerit.
Ita populus ſtudio ſtupidus in funambulo
Animum occuparat. Nunc haec [4]) plane eſt pro nova [5])
Et is [6]) qui ſcripſit hanc, ob eam rem noluit
Iterum referre, ut iterum poſſit vendere. [7])
Alias cognoſtis, [8]) [*]) eius quaeſo [9]) hanc nunc noſcite.

4) fabula 5) ſcilicet recitatur. Quoniam prima vice neque ſecunda tota recitata eſt 6) poeta Terentius 7) ſed utilitatem conferret populo eique plàceret 8) pro cognoviſtis *) *edit. diſting. poſt* eius *prob. Bentl.* 9) o Romani.

---

diſciplina. Nam augures *vitium* appellabant, ſi tonuiſſet aut grandinaſſet aliudve ſaevum, quo comitia dirimerentur, obſervatum eſſet. Hinc *vitio creati magiſtratus* ſunt malis ominibus creati, qui cogebantur magiſtratum deponere. Hinc etiam vitium pro quovis impedimento. De proprietate vocis *calamitas* diximus ad Eun. I. 1. 34.

3. *ſpectari*] h. e. proſpectari, usque ad finem ſpectari. Sic capiendum hoc verbum eſſe ſequentia docent. v. Perizon. ad Sanctii Min. IV. 11. p. 722.

4. *ſtudio ſtupidus*] i. e. ſtudio ſpectandi et admiratione ſtupens.

5. *Animum occuparat*] i. e. animum occupatum habebat. Pacuvius ap. Non. Marcell. p. 355. diverſa ſtructura. Plaut. in Pſeud. I. 5. 135. *de quo te ad aliud occupes negotium.*

ITEM PROLOGUS.

Orator [10] ad vos venio ornatu [11] prologi.
Sinite, exorator [12] *) ſim eodem ut iure [13] uti ſenem
Liceat, quo iure ſum uſus adoleſcentior.
Novas [14] qui exactas [15] feci [16] ut inveteraſcerent [17]
Ne cum poeta, ſcriptura evaneſceret [18]
In his quamprimum [19] *) Caecili [20] didici novas, [21]
Partim ſum earum [22] exactus, partim [23] vix ſteti. [24]

10) poſtulans 11) cum ornatu 12) ut exorator veſter *) *edit. add.* ut *improb. Bentl.* 13) id eſt eadem poteſtate recitandi, ut ſicut recitavi iuvenis recitem et ſenex 14) fabulas 15) perfectas 16) recitavi 17) in uſum haberentur 18) ne ſicut poeta deficit, deficiat ſcriptura illius, dum in uſum non aſſumitur. Loquitur ex perſona Caliopii 19) inter has inprimis *) *ed. quas primum* 20) proprium nomen comici 21) ad recitandum 22) fabularum 23) peregi 24) in ſcena.

PROLOGUS. II.

2. *eodem iure uti*] h. e. eandem conditionem habere. *Ius* ſaepe eſt conditio, ſtatus. Cic. agrar. III. 2. *libera praedia meliore iure ſunt quam ſerva*. Mox repetit vocem *iure* ut centies optimi ſcriptores. v. Manut. ad Cic. divinat. c. 1. et Drakenb. ad Liv. I. 43.

4. *inveteraſcerent*] i. e. in conſuetudinem venirent. Lucret. IV. 1061. *ulcus viveſcit et inveteraſcit alendo*. Cic. ad Attic. XIV. 9. *quae mihi viderentur habitura etiam vetuſtatem*.

7. *Partim*] *partim* conſtruitur ut *quidam* vel ſequente genitivo vel praepoſitione aliqua. Nepos in Attico c. 7. *quorum*

Quia ſciebam dubiam fortunam ſcenicam,
Spe incerta [25]) certum laborem mihi ſuſtuli.
Easdem agere coepi [26]) ut ab eodem [27]) alias diſcerem
Novas ſtudioſe, ne illum ab ſtudio abducerem. [28])
Perfeci ut ſpectarentur. Ubi ſunt cognitae,
Placitae ſunt. Ita poetam reſtitui in locum [29])
Prope iam remotum iniuria adverſarium [30])
Ab ſtudio, atque ab labore, atque ab arte muſica. [31])
Quodſi ſcripturam [32]) ſprevisſem in praeſentia [33])
Et id *) deterrendo voluiſſem operam ſumere, [34])
Ut in otio eſſet, potius quam in negotio,
Deterruiſſem facile ne alias ſcriberet.
Nunc quid petam mea cauſa [35]) aequo animo attendite.
Hecyram ad vos refero quam mihi per ſilentium
Numquam agere licitum eſt. ita eam oppreſſit calamitas [36])

25) quia dubium erat, utrum eam vellent audire 26) ego 27) Terentio 28) removerem 29) ſcribendi 30) adverſariorum 31) carminibus componendis 32) illius poetae 33) illius populi *) *ed.* in 34) ſi voluiſſem eum deterrere i. e. invilitatem *pro invilitateſſem a verbo medii aevi invilito* ut non recitaretur 35) propter me qui recito ſi propter cauſam non vultis. 36) infortunium poetae.

---

partim invitiſſimi caſtra ſunt ſecuti, partim cum ſumma eius offenſione domi remanſerunt. Cic. de legeb. II. 17. *partim ex illis diſtracti ac diſſipati iacent.* v. Gell. X. 13. et Gronov. Obſerv. III. 2.

ſteti] *ſtare* dicuntur actores vel fabulae, cum placent ſpectatoribus et probantur in Phorm. prol. v. 9. *olim cum ſtetit nova,* contra *cadere* dicuntur cum exploduntur et exiguntur. Horat. epiſt. II. 1. 176. *ſecurus cadat an recto ſtet fabula talo* v. Lambin. Male vulgo huc trahitur locus Ciceron. ad Div. I. 4. *cum in ſenatu pulcherrime ſtaremus.* Nam hoc intelligendum ex illa verbi ratione cum pro *dicere* uſurpatur. Stantes enim dicebant. v. Erneſt. in clave Ciceron. in voce *ſtare.*

Eam calamitatem veſtra intelligentia
Sedabit, ſi erit adiutrix noſtrae induſtriae.
Cum primum eam agere coepi, pugilum [37] gloria, [38]
Funambuli eodem [39] acceſſit expectatio.
Comitum [40] conventus, ſtrepitus, [41] clamor mulierum,
Fecerunt ut ante tempus exirem [42] foras.
Vetere in nova [43] coepi uti conſuetudine
In experiundo ut eſſem. [44] Referam [45] denuo.
Primo actu [46] placeo. Cum interea rumor venit,
Datum iri [47] gladiatores, populus convolat,
Tumultuantur, clamant, pugnant de loco.
Ego interea meum non potui locum [48] ſervare.
Nunc turba [49] nulla eſt; otium et ſilentium eſt.
Agendi tempus mihi datum eſt. Vobis datur
Poteſtas, condecorandi ludos ſcenicos. [50]
Nolite ſinere per vos artem muſicam
Recidere [51] ad paucos. [52] Facite ut veſtra auctoritas,

37) pugiles erant qui cum ceſtibus dimicarent 38) delectatio vel ammiratio 39) ad theatrum 40) ſociorum 41) mimorum 42) a ſcena 43) fabula 44) probando ut probarem ſi vellent eam audire. 45) illam 46) in prima parte fabulae 47) venerunt 48) officium recitandi 49) turbatio ludorum 50) ſcilicet ut audiatis 51) redire 52) poetas.

---

25. *pugilum gloria*] hoc referendum eſt cum reliquis nominativis ad verbum *fecerunt*, quamvis ab eo ſeparatum ſit per ſententiam de funambulo, quae alterius eſt conſtructionis. Sic ſi locus capiatur cum Perizon. ad S. Min. IV. 11. p. 714. non opus eſt Bentleii emendatione, qua *accedens* pro *acceſſit* ſcribit.

27. *ſtrepitus*] Donatus in libris ſuis *ſtudium* reperit, quod eſt certamen diverſis faventium et haec lectio melior videtur Heinſio ad Ovid. Amor. III. 2. 67.

30. *in experiundo ut eſſem*] i. e. ut experirer. *Eſſe in aliqua re* frequens eſt pro *in aliqua re verſari.*

32. *gladiatores*] ſaepe dicuntur ipſum ſpectaculum gladiatorium, ut apud Cicer. ad Div. X. 32. *gladiatoribus Gallos equites immiſit in populum.*

Meae auctoritati fautrix adiutrixque ſit
Si [53]) nunquam avare pretium ſtatui arti meae,
Et eum eſſe quaeſtum in animum induxi maximum,
Quam maxime ſervire veſtris commodis.
Sinite impetrare me, [54]) qui in tutelam meam
Studium ſuum, [55]) et ſe in veſtram commiſit fidem,
Ne eum circumventum inique iniqui irrideant.
Mea cauſa [56]) cauſam hanc *) accipite, et date ſilentium,
Ut lubeat ſcribere aliis [57]) mihique ut diſcere.
Novas expediat poſthac [58]) pretio [59]) emtas meo.

(ACTUS I. SCENA I. PHILOTIS. SYRA.)

PHILOCIUM. [60]) *) Per pol [61]) quam paucos [62]) repperias meretricibus

53) ſiquidem 54) ut audiatis libenter illam 55) commiſit 56) propter meam cauſam *) *edit. omitt.* hanc *prob. Bentl.* 57) poetis 58) dehinc 59) beneficio meo et favore quod impendo poetae i. e. narratio praeteritorum poſtea per convenientes perſonas (?) 60) Philotis ſive Philocium meretrix loquitur cum Syra aliisque meretricibus de Pamphilo, qui dimiſſa Bachide deſponſavit Philumenam filiam Phidippi *) *edit.* PHILOTIS *prob. Bentl.* 61) per Deum Pollucem 62) ordo eſt perquam paucos.

---

41. *pretium*] hiſtrionibus certa merces dabatur ab editoribus ludorum vel de publico, quam proprie *lucar* appellabant. v. Lipſ. ad Taciti Annal. I. 77.

43. *ſervire veſtris commodis*] i. e. ſtudere, operam dare Cic. ad Div. V. 21. *valitudini tuae et tranquillitati animi ſervias.* Nepos in Hamilc. c. 1. ubi v. Heuſinger.

47. *cauſam accipite*] *cauſam accipere* vel ut Cicero loquitur, *recipere* dicuntur cauſidici, qui cauſae defenſionem ſuſcipiunt

49. *pretio emto meo*] *meum pretium* Broukhuſius Donatum ſecutus ad Propert. explicat aeſtimationem a me factam, quod aediles fabulam emerant, quanti auctor aeſtimaſſet. Sed durior eſt haec ratio; ac, licet verum, plerumque aediles a poetis fabulas emiſſe, aliquando tamen actores quoque fabulas ſuo pretio emerunt, ut Paris hiſtrio apud Iuvenal. Sat. VII. 87. a Statio emit Agaven.

ACT. I. SCEN. 1.

1. *Per pol quam*] per tmeſin

Fideles evenire amatores Syra. 63)
Vel hic Pamphilus iurabat quotiens *) Bachidi,
Quam ſancte, ut quivis 64) facile poſſit credere,
Nunquam illa viva 65) uxorem ducturum domum.
Em duxit. 66) SYRA. Ergo propterea te ſedulo
Et moneo et hortor, ne cuiusquam 67) miſereat. 68)
Quin ſpolies, mutiles, 69) laceres, quemquem nancta *) ſis.
PHI. Ut in 70) *) eximium 71) neminem habeam? SY. Neminem.
Nam nemo quisquam illorum ſcito, ad te venit,
Quin ita paret 72) ſeſe *) abs te ut blanditiis ſuis
Quam minimo pretio ſuam voluptatem expleat.
Hiscine tu 73) amabo 74) non contra inſidiabere?
PHI. Tamen pol eandem 75) iniurium eſt eſſe omnibus.
SY. Iniurium autem eſt ulciſci adverſarios, 76)

63) o Syra *) *edit.* quoties *improb. Bentl.* 64) quilibet 65) Bachide vivente 66) aliam 67) amatoris 68) ſcilicet te 69) diminues bona illius *) *edit.* nacta *prob. Bentl.* 70) vel utin *) *edit.* utin *prob. Bentl.* 71) in loco eximii amatoris et praecipui 72) praeparet *) *edit.* ſe *impr. Bentl.* 73) nunquid tu 74) blandientis 75) me ſimilem duram incompoſitam 76) poenam de adverſariis ſumere.

---

dicitur pro *Pol perquam* ſic in Andr. III. 2. 6. *per Ecaſtor ſcitus puer* pro *Ecaſtor perſcitus puer.*

8. *ſpolies, mutiles, laceres*] h. e. omnibus bonis cum ſpolies et ad ſummam inopiam redigas. Similis metaphora in Phorm. II. 2. 13. v. Duker. de latinit. veter. ICtor. p. 433.

quemquem] pro *quemcunque* Liv. I. 24. ubi v. interpr. Bentleius et alii ediderunt *quemquem.* Sic Plaut. in Menaechm. V. 1. 17.

9. *eximium neminem habeam*] h. e. neminem eximam, omnes eodem modo tractem. Cic. in Caecil. c. 16. *eum omnibus Siculis faceret iniurias te illi unquam eximium fuiſſe.* Liv. IX. 34. *tu unus eximius es in quo hoc praecipuum ac ſingulare valeat. Eximius* et *egregius* proprie voces ſunt in re ſacra et dicuntur de victimis, quae e grege ſumuntur ad ſacrificandum. v. Donat. ad h. l. et Drakenb. ad Liv. VII. 37.

Aut 77) qua via 78) te captent illi, *) eadem ipſos capi?
Eheu me miſeram, cur non aut iſtaec mihi
Aetas, et forma eſt, 79) aut tibi haec ſententia? 80)

(Actus I. Scena II. PARMENO. PHILOTIS. SYRA.)

PARMENO SERVUS. 81) Senex 82) ſi quaeret me, modo iſſe dicito 83)
Ad portum, percontatum 84) adventum Pamphili.
Audin quid dicam Syrte? 85) *) Si quaeret me, ut itum 86) *)
Dicas. Si non quaeret, nullus 87) dixeris.
Alias 88) ut uti poſſim cauſa hac integra.
Sed videon ego Philotium? 89) Unde haec advenit?
Philotis 90) ſalve multum. PHI. O ſalve Parmeno.
SY. Salve me caſtor 91) Parmeno. 92) PAR. Et tu edepol Syra.

77) iniurium eſt 78) dolo *) *edit. omitt.* illi *improb. Bentl.* 79) quae tibi 80) voluntas quae mihi. quod ſi eſſet cruciares tuos amatores 81) Pamphilus certa cauſa ierat ultra mare et ſperabatur iam reverti, unde Parmeno it conſideratum, ſi iam veniat 82) Laches 83) o Sirte me 84) iri 85) nomen ſervi *) *edit.* Scirte *prob. Bentl.* 86) iſſe *) *edit.* uti tum *prob. Bentl.* 87) id eſt non 88) alio tempore 89) meretricem 90) o Phylotis 91) iuramentum 92) o Parmeno.

Act. I. Scen. 2.

3. *ſi quaeret etc.*] praecedit imperativus *dicito* ſequitur ſubiunctivus *dicas*, in quo ſupplendum eſt *fac* vel ſi quid aptius. Virg. Aen. III. 114. Liv. III. 21. *imitamini turbam — et qui exemplo aliis eſſe debetis, aliorum exemplo peccetis potius quam alii veſtro recta faciant* etc. ubi v. Duker.

5. *integra*] *integrum* vel *in integro* eſſe dicitur, quod adhuc eſt noſtri arbitrii, quod adhuc ita in poteſtate eſt ut vel fieri vel omitti poſſit Cic. Verr. II. 40. *cum tibi in integro tota res eſſet* Liv. XXXIX. 4. *ut ea diſceptatio integra ad adventum ſuum ſervaetur.* v. Drakenb. ad Liv. XL. 17.

Dic mihi Phylotis ubi te oblectaſti tamdiu?
PH. Minime equidem me oblectavi, quae cum milite
Corinthum hinc ſum profecta inhumaniſſimo. 93)
Biennium ibi perpetuum 94) miſera illum tuli. 95)
PAR. Edepol, te deſiderium Athenarum arbitror
Philotium 96) cepiſſe ſaepe, et te tuum
Conſilium contemſiſſe. 96 a) PH. Non dici poteſt,
Quam cupida eram huc redeundi, 97) abeundi a milite,
Vosque hic videndi, antiqua ut conſuetudine
Agitarem inter vos libere convivium.
Nam illic 98) haut licebat niſi praefinito 99) loqui,
Quae illi placerent. PAR. Haud opinor commode 1)
Finem ſtatuiſſe orationi 2) militem.
PH. Sed quid hoc negotii eſt modo quae narravit mihi 3) *)
Bachis, quod ego nunquam credidi
Fore, ut ille 4) hac viva 5) poſſet animum inducere
Uxorem habere? 6) PAR. Habere autem. PH. Eho tu an non habet?

93) avariſſimo 94) continuum 95) pertuli 96) quod te acceperit 96 a) poenituiſſe 97) recedendi 98) Corinthi cum milite degens 99) ſecundum praefinitum modum. 1) convenienter 2) locutioni 3) *additum ſupra lineam a prima ut videtur manu* certo *) *edit. add.* hic intus *prob. Bentl.* 4) Pamphilus 5) Bachide 6) aliam.

---

9. *oblectaſti tam diu*] i. e. ubi tam diu vitam iucunde transegiſti; interdum *oblectare* etiam in malam partem dicitur ut apud Plaut. in Aſin. I. 2. 13. *ſordido vitam oblectabas pane.* v. Gronov. in lectionib. Plaut. p. 36.

19. *praefinito*] i. e. certo modo praeſcripto.

21. *Finem ſtatuiſſe orationi*] i. e. modum loquendi praeſcripſiſſe, praefiniſſe. Finis ſaepe eſt certus modus ac menſura. Cic. de Offic. I. 29. *qui appetitus longius evagantur — non ſatis a ratione retinentur, hi finem et modum transeunt.*

PAR. Habet. Sed firmae hae vereor ut ſint [7] nuptiae.
PH. Ita Dii Deaeque faxint, [8] ſi in rem eſt Bachidis. [9]
Sed qui [10] iſtuc credam ita eſſe, dic mihi Parmeno.
FAR. Non eſt opus prolato, [11] hoc percontarier
Deſiſte. PH. Nempe ea cauſa [12] ut ne id fiat palam? [13] *)
Ita me Dii bene ament**) haud propterea te rogo,
Ut hoc proferam, ſed ut tacita mecum gaudeam.
PAR. Nunquam tam dices commode, ut tergum meum
Tuam in fidem committam. [14] PH. Ah noli Parmeno [15]
Quaſi tu non multo malis narrare hoc mihi,
Quam ego quae percontor ſcire. [16] PAR. Vera haec praedicat,
Etſi [17] illud mihi vitium [18] eſt maximum; ſi mihi fidem das
Te tacituram, dicam. PH. Ad ingenium [19] redis.
Fidem [20] do; loquere. PAR. Auſculta. PH. Iſtic ſum. PAR. Hanc Bachidem [21]

7) timeo ne ſint firmae 8) ut non ſint firmae 9) in utilitatem illius poteſt fieri 10) quomodo 11) dicto 12) dixi 13) vel; *) *edit. non interrogat* **) *edit.* amabunt. *prob. Bentl.* 14) ſecretum meum tibi committam 15) iſta dicere 16) videlicet tibi committere ſecretum quod volo celare. *Minus recte cepit mentem comici ſcholiaſtes* 17) *Mutatum in* et *quae eſt lectio edition.* 18) alii unum 19) tuum 20) aſtutiam 21) quam tu dicis.

---

29. *non eſt opus prolato*] i. e. evulgari non debet. Caſaubon. ad Sueton. in Ner. c. 26. hanc formulam male comparat cum Graeco ουχ εδεϱας αγων.

37. *ſi mihi fidem das*] i. e. ſi mihi ſancte promittis. Cic. ad Div. V. 11. *quamcunque ei fidem dederis, praeſtabo.* Interdum *fidem dare* eſt fidem firmare, efficere ut quid credatur. Ovid. Faſtor. II. 20. *nunc quoque dant verbo pluria ſigna fidem.* v. Schwarz. ad Plinii Panegyr. 74.

39 *iſtic ſum*] i. e. iam attendo, hoc ago.

Amabat, ut cum maxime [21a]) tum Pamphilus,
Cum pater uxorem ut ducat orare occipit,
Et haec communia omnium quae ſunt patrum,
Se ſenem eſſe dicere, [22]) illum [23]) autem eſſe [*]) unicum,
Praeſidium velle [24]) ſe ſenectuti ſuae.
Ille [25]) primo ſe negare. [26]) Sed poſtquam acrius
Pater inſtat, facit animi, ut incertus foret, [27])
Pudorin [28]) anne amori [29]) obſequeretur magis.
Tundendo [30]) atque odio [31]) denique effecit ſenex. [32])
Deſpondit ei gnatam huius vicini proxumi.
Usque [33]) illud viſum eſt Pamphilo, neutiquam [34]) grave
Donec iam in ipſis nuptiis poſtquam videt
Paratas, nec moram ullam quin ducat dari.
Ibi demum ita aegre tulit [35]) ut ipſam Bachidem
Si adeſſet credo ibi eius [36]) commiſereſceret. [37])

21 a) ſicut aliquando praecipue *) *edit.* ſeſe 22) occipit 23) Pamphilum *) *edit. omitt.* eſſe *improb. Bentl.* 24) habere illum 25) Pamphilus 26) negabat 27) ut dubius eſſet ipſe Pamphilus in animo 28) caſtitati ducendo uxorem 29) voluptati 30) arguendo 31) inportunitate 32) ut dubius eſſet 33) in tantum 34) non multum 35) Pamphilus. 36) Pamphili 37) ipſa Bacchis.

---

40. *ut cum maxime*] ſenſus eſt, Bachidem ita tum amabat ut cum maxime eam amarat. *domus celebratur ita ut cum maxime.* Cic. ad Quint. fratr. II. 6. De harum particularum uſu diſputant Duker. ad Flor. II. 16. p. 430. et Erneſt. in Clave Cicer. voce *maxume.*

44. *Praeſidium ſenectuti*] Liberi ſaepe dicuntur parentum praeſidia, munimenta, ſubſidia. v. Taciti Annal. I. 3. et ibi Lipſium.

48. *Tundendo*] h. e. idem ſaepe et moleſte repetendo. v. Not. ad Andr. II. 2. 11. ubi eodem ſenſu eſt *obtundere.*

odio] i. e. importunitate, moleſtia quae odium facit. Plaut. in Aſin. II. 4. 40. *iam hic me abegerit ſuo odio.* Horat. Serm. I. 7. 6. ubi v. Torrentium. in Phorm. V. 6. 9. v. Perizon. ad S. Min. II.

Ubicumque datum erat ſpatium ſolitudinis 38)
Ut conloqui mecum una poſſet; Parmeno, 39)
Perii. Quid ego egi, in quod me conieci malum?
Non potero ferre hoc 40) Parmeno. 41) perii miſer.
PH. At te, di deaeque perduint cum iſto *) odio 42)
Laches. 43)
PAR. Ut ad pauca redeam, uxorem deducit 44) domum 45)
Nocte illa prima virginem non attigit.
Quae conſecuta eſt nox, eam *) nihilo magis. 46)
PH. Quid ais? Cum 47) virgine una adoleſcens cubuerit 48)
Plus potis 49) *) ſe illa abſtinere ut potuerit?
Non veri ſimile dicis, neque verum arbitror.
PAR. Credo ita videre **) tibi. Nam nemo ad te venit,
Niſi cupiens tui. Ille 50) invitus illam 51) duxerat.
PHI. Quid deinde fit? PAR. Diebus ſane pauculis,
Poſt *) Pamphilus me ſolum ſeducit 52) foras.

58) ſecreti 39) dicebat mihi Pamphilus o Parmeno 40) nuptias has 41) o Parmeno *) *edit.* iſtoc *probante Bentl.* 42) inportunitate qua filium coegiſti aliam ducere quam Philumenam (l. Bachidem) 43) o Laches 44) Pamphilus 45) Philumenam *) *edit. diſting. poſt* eam *prob. Bentl.* 46) attigit 47) cur cum 48) iacuerit 49) magis potens quam ille *(ſcilicet adoleſcens aliquis qui cum virgine cubat m. p. q. i. Pamphilus eſſe potuiſſet)* *) *edit.* potus **) *edit.* videri *probante Bentl.* 50) Pamphilus 51) Philumenam *) *edit. diſting. poſt* poſt *prob. Bentl.* 52) ſeorſum ducit.

---

13. et Erneſt. in Clave Ciceron. hac voce.

60. *deducit*] *deduci* proprie dicebatur puella, quae nubebat et ad maritum, pueris, patrimis et matrimis faces praeferentibus, ducebatur. Tibull. Eleg. III. 4. 31. *Ut iuveni primum virgo deducta marito.* v. Gronov. lection. Plaut. p. 110. et interpret. ad Liv. X. 23.

64. *Plus potus*] plena locutio eſt: plus ſolito potus.

69. *ſeducere*] eſt ſeorſim ducere, ut ſolus cum ſola colloquar. Cic. ad Div. I. 9. *ſaepe eum in ſenatu modo ſevere ſeducerent.* Cf. Erneſti in clave Cicer. Phaedr.

Narratque ut virgo ab ſe integra etiam tum ſiet,
Seque antequam *) eam [53] uxorem duxiſſet domum,
Sperare eas tolerare poſſe nuptias.
Sed quam [54] decreverim me non poſſe diutius
Habere, eam ludibrio haberi [55] Parmeno? [56] *)
Quin [57] integram [58] itidem reddam ut accepi a ſuis,
Neque honeſtum mihi, neque utile ipſi virgini eſt.
PH. Pium et pudicum ingenium narras Pamphili.
PAR. Hoc [59] ego [60] proferre [61] incommodum mihi eſſe [62] arbitror. [63]
Reddi autem patri cui tu nihil dicas vitii,
Superbum eſt. Sed illam ſpero ubi hoc cognoverit,
Non poſſe ſe mecum eſſe, abituram denique. [64]
PH. Quid interea? Ibatne ad Bachidem? PAR. Cotidie.

*) *edit. et Bentl.* ante, quam 53) Philumenam 54) Philumenam 55) devirginari 56) o Parmeno *) *edit. et Bentl. non interrogant* 57) ut non 58) virginem 59) Redit ad verba Pamphili 60) vel ergo 61) publicare 62) non eſſe mihi congruum 63) vel? 64) ad domum patris ſui.

III. 10. 11. *maritus — ſeductus in ſecretum a liberto ſuo.* Barbari hodie *ſeducere* dicunt pro in fraudem inducere. v. Graev. ad Cicer. ad Div. II. 7.

70. *ab ſe*] i. e. quod ad ſe attinet. Plaut. in Curçul. I. 1. 51. *Tam a me pudica eſt quaſi ſoror mea ſit.*

integra] cuius pudicitia illibata eſt. Catull. LXII. 36. *vos item ſimul integrae virgines.*

73. *decrerim*] *decernere* eſt ex iis verbis, quorum perfecta veteres fere contracta efferebant, *decrerim, decrero, decreſſe.* v. Drakenb. ad Liv. II. 26. Eſt autem *decernere*, exiſtimare, iudicare. v. dictata ad Heaut. I. 1. 95.

74. *ludibrio haberi*] i. e. vitiari; *ludere, illudere, ludificari* ſaepe hoc ſenſu dicuntur.

79. *cui nihil dicas vitii*] ſcilicet eſſe vel quem nullius culpae accuſare poſſis. Plaut. in Aſin. V. 2. 49. *dotatae uxori vitium dicere.* Nepos in Ageſil. c. 5.

Sed ut ſit, poſtquam hunc [65]) alienum ab ſe videt, [66])
Maligna multo et magis procax [67]) facta ilico eſt.
PH. Non edepol mirum. PAR. Atque *) ea res [68]) multo maxime
Disiunxit [69]) illum ab illa, [70]) poſtquam et ipſe ſeſe *)
Et illam [71]) et hanc [72]) quae domi erat cognovit ſatis,
Ad exemplum ambarum mores earum exiſtimans;
Haec [73]) ita uti liberali ingenio eſſe decet,
Pudens modeſta incommoda atque iniurias
Viri ferre [74]) omnes et tegere [75]) contumelias.
Hic [76]) animus [77]) partim uxoris miſericordia
Devinctus, partim victus huius [78]) iniuria, *)
Paulatim elapſus eſt a Bachide, **) atque huic [78 a]) *) transtulit
Amorem, poſtquam par ingenium [79]) nactus eſt.
Interea in Imbro moritur cognatus ſenex
Horum, *) [80]) ad hos redibat lege hereditas.

65) Pamphilum 66) Bachis 67) dura *) *edit.* atqui *improbante Bentl.* 68) duritia. Confirmans durum ſe praebendo Bachidi, et Philumenae benignum 69) ſeparavit 70) Bachide *) *edit.* ſe 71) Bachidem 72) Philumenam 73) Philumena 74) ferebat 75) tegebat 76) tunc 77) Pamphili 78) Bachidis *) *edit.* huiuſce iniuriis *improbante Bentl.* **) *edit.* Bachidi *probante Bentl.* 78 a) Philumenae *) *edit.* huc *prob. Bentl.* 79) conveniens ſibi conſilium *) *edit. et Bentl.* horunce ea 80) dominorum.

---

84. *Maligna facta eſt*] i. e. difficilis quae parce praebebat corpus ſuum. v. Donat. ad h. l.

87. *Ad exemplum*] Negat Bentl. ſe intelligere quid ſignificet *ad exemplum* corrigitque *ad amuſſim* i. e. accurrate. Amuſſis eſt regula fabrorum qui opus examinant an rectum ſit. Corruptum locum eſſe liquet; Bentleii coniectura an vera ſit, dubitamus.

94. *huc transtulit amorem*] i. e. hanc amare coepit. Propert I. 12. 18. *Sunt quoque translato gaudia ſervitio* in Heaut II. 4. 10. eamdem rem ita expreſſit. Cic. Philipp. II. 31. *ſibi cum illa mima poſthac nihil futurum, omnem ſe amorem abieciſſe illinc atque in hanc transfudiſſe.*

Eo 81) amantem invitum Pamphilum extrudit 82) pater.
Reliquit *) cum matre hic uxorem. Nam ſenex 83)
Rus abdidit ſeſe, *) huc raro in urbem 85) commeat. 86)
PHI. Quid adhuc habent infirmitatis nuptiae?
PAR. Nunc audies. primum *) dies conplusculos 87)
Bene conveniebat ſane inter eas. 88) Interim
Miris modis odiſſe coepit 89) Soſtratam. 90)
Neque lites ullae inter eas, poſtulatio 91)
Nunquam. PHI. Quid igitur? PAR. Si quando ad eam 92) acceſſerat 93)
Confabulatum, fugere 94) e conſpectu ilico,
Videre nolle. 95) Denique ubi non quivit pati, 96)
Simulat ſe a matre accerſi *) ad rem divinam. 97) Abiit;
Ubi illic 98) dies eſt compluris, accerſi iubet 99)
Dixere tunc cauſam neſcio quam; iterum iubet 1)
Nemo remiſit. 2) Poſtquam accerſunt ſaepius,
Aegram eſſe ſimulant mulierem. noſtra 3) ilico
It viſere 4) eam. 5) *) Ammiſit 6) *) 7) nemo. Hoc ubi ſenex 8)

81) ea re ad eum locum 82) eiecit *) *edit.* relinquit *improbante Bentl.* 83) Laches *) *edit.* ſe *improbante Bentl.* 85) Athenarum 86) in urbe commoratur *) *edit. et Bentl.* primo 87) complures 88) inter matrem Pamphili et uxorem eius 89) Philumena 90) matrem viri ſui 91) interpellatio 92) Philumenam 93) accedebat 94) fugiebat 95) nolebat 96) illam vetulam Soſtratam *) *edit.* arceſſi, *atque ſic verſ. ſeqq. improbante Bentl.* 97) ad ſacrificium 98) in domo matris 99) Soſtrata Philumenam 1) Soſtrata 2) illam 3) Soſtrata 4) viſitare. 5) vel ad eam *) *edit.* ad eam *probante Bentl.* 6) vel admiſit *) *edit. et Bentl.* admiſit 7) eam intus 8) Laches.

---

105. *poſtulatio*] dicitur, quae frequentius expoſtulatio i. e. querela. Plautus in Bachide III. 3. 45. *acris poſtulatio haec eſt.* Sic *poſtulare* pro *expoſtulare.*

114. *viſere ad eam*] pro vi-

Refcivit, heri ea caufa rure huc advenit,
Patrem continuo convenit 9) Philumenae.
Quid egerint inter fe, nondum etiam fcio.
Nifi, fane curae eft, 10) quorfum 11) eventurum hoc fiet.
Habes omnem rem; pergam quo coepi hoc iter.
PHI. Equidem *) ego. 12) Nam conftitui 13) cum quodam hofpite,
Me effe illum conventuram. PAR. Di vortant bene
Quod agas. PHI. Vale. PAR. Et tu bene vale Philotium.

(Actus II. Scena I. LACHES. SOSTRATA)

LACHES. 14) Pro Deum atque hominum fidem. 14 a) quod hoc genus eft, 15) quae eft haec coniuratio. 16)
Ut omnes mulieres eadem aeque 17) ftudeant nolintque omnia,
Neque declinatam quicquam ab aliarum ingenio ullam repperias?
Itaque adeo 18) uno animo, omnes focrus oderunt nurus.

9) conlocutus 10) mihi 11) ad quem eventum *) *ed. et Bentl.* et quidem 12) pergam 13) placitum feci 14) Laches pater Pamphili nofcens Philumenam ad domum paternam regreffam, nimium iratus loquebatur, putans quod Softrata pepuliffet eam 14 a) teftor 15) mulierum 16) confpiratio mulierum 17) aequaliter 18) multum.

---

fere eam. Ovid. Amor. II. 2. 21. *ibit ad affectam, quae non languebit, amicam. Vifere,* ubi idem qui in Terentio Graecismus eft, *ibit vifere* pro *ibit vifum.* v. ibi Heinf.

118. *cura eft*] i. e. anxius et follicitus fum. Cic. ad Div. X. 1. *maxime mihi curae eft non de mea quidem vita fed de patria.*

119. *pergam iter*] fcilicet facere. Salluft. in Iug. c. 29. *maturavere iter pergere* ubi v. Cort.

Act. II. Scen. I.

4. *uno animo*] i. e. eodem animo. Sic dicitur *una voce,*

Viris eſſe adverſas aeque [19]) ſtudium eſt, ſimilis pertinacia eſt,
In eodemque omnes mihi videntur ludo doctae ad malitiam.
Et *) ei ludo ſi ullus eſt, [20]) magiſtram hanc [21]) eſſe ſatis certo ſcio.
SO. [22]) Me miſeram, quae nunc quamobrem accuſer neſcio. LA. Hem,
Tu neſcis? SO. Non, ita me Di ament mi [23]) Laches.
Itaque una [24]) inter nos [25]) agere aetatem liceat. LA. Di mala prohibeant. [26])
SO. Meque abs te inmerito eſſe accuſatam poſtmodum reſciſſes. LA. Scio [27])
Te inmerito? [28]) An quicquam pro iſtis factis dignum te dici poteſt,
Quae me et te et familiam dedecoras, filio luctum paras?
Tum autem ex amicis inimici ut ſint nobis affines [29]) factis. [30])
Qui illum [31]) decreverunt dignum, ſuos cui liberos [32]) committerent

19) commune *) *edit. om.* et *probante Bentl.* 20) ludus illarum inſania 21) meam Soſtratam 22) ſecum 23) o mi 24) vel hanc 25) me et te 26) ut tu diu mecum vivas 27) vel; 28) *ſignum interrogandi, quod edit. habet, mutatum videtur in;* 29) vicini 30) vel facis *et ſic edit. Factis eſt pro factitas* 31) Pamphilum 32) filiam ſuam.

---

uno ore. v. Heinſ. ad Ovid. Metam. X. 33. *Serius aut citius ſedem properamus ad unam.*

5. *In eodem omnes ludo doctae ad malitiam*] i. e. omnes ſunt aeque improbae, altera alteri non cedit improbitate. Locutio ducta eſt a ludo ſive gladiatorio ſive literario. v. Torrentium ad Sueton. Caeſ. c. 26. *Doctae ad malitiam* dicitur ut apud Ciceron. pro Milone c. 4. *ad quam legem non docti ſed facti ſumus.*

14. *ex amicis inimici ut ſint*] ſic Caeſar de B. C. III. 104. *plerumque in calamitate ex amicis inimici exſiſtunt.* v. notat. ad Andr. I. 1. 10.

Tu ſola exorere, 33) quae perturbes haec 34) tua impudentia?
SO. Egone? LA. Tu inquam mulier, quae me omnino lapidem non hominem putas.
An quia ruri eſſe crebro ſoleo, neſcire 34 a) arbitramini,
Quo quisque pacto hic 35) vitam veſtrorum exigat?
Multo melius hic 36) quae fiunt, quam illic ubi ſum aſſidue ſcio.
Ideo, 37) quia ut vos mihi domi eritis, proinde ego ero 37 a) fama foris? 58)
Iam pridem equidem audivi cepiſſe odium tui Philumenam,
Minimeque adeo mirum, et ni 39) id feciſſet 40) magis mirum foret.
Sed non credidi adeo ut etiam totam hanc odiſſet domum.
Quod ſi ſciſſem, illa hic maneret potius, tu hinc iſſes foras,
At vide quam immerito aegritudo haec oritur mihi abs te Soſtrata 41)
Rus habitatum abii concedens vobis 42) et rei 43) ſerviens,
Sumptus veſtros, otiumque, ut noſta res poſſet pati,

33) a nobis. al. exoreris *lectio cod. mutata in* exhorrere 34) iſtam amicitiam et iſtam affinitatem 34 a) me 35) in hac domo 36) in hac domo 37) de vobis curam habeo 37 a) mihi 38) vel ; *et ſine ſigno interrogat. in edit.* 39) niſi 40) odium tuum pertuliſſet 41) o Soſtrata 42) permittens vobis poteſtatem in domo mea tibi et Philumenae 43) ſubſtantiae noſtrae congregandae.

---

16. *exorere*] i. e. exiſtis, reperiris. Inprimis hoc verbum dicitur de illis, qui praeter exſpectationem exiſtunt. v. Donat. ad h. l.

27. *concedens vobis*] *concedere* ponitur pro ſimplici *cedere* i. e. locum dare. Plaut. in Amphitr. I. 1. 119. *neque nox quoquam concedit die.* v. Drakenb. ad Liv. II. 47. *concedendo illi ſuas laudes.*

28. *ut noſtra res poſſet pati*] i. e. ut ſufficere poſſem ſumtibus

Meo labori haud parcens, praeter aequum atque aetatem meam.
Non 44) te pro his curaſſe rebus ne quid aegre eſſet mihi?
SO. Non mea opera, 45) neque pol culpa 46) evenit. LA. Immo maxime.
Sola hic fuiſti, in te omnis haeret culpa ſola Soſtrata;
Quae hic erant curares, cum ego vos ſolvi curis 47) caeteris.
Cum puella anum 48) ſuſcepiſſe inimicitias non pudet?
Illius dices culpa factum. SO. Haud equidem dico mi 49) Laches.
LA. Gaudeo ita me Di ament gnati cauſa. 50) Nam de te quidem
Satis ſcio peccando detrimenti 51) nihil fieri poteſt.
SO. Qui 52) ſcis an ea cauſa mi vir me odiſſe ſe *) aſſimulaverit.
Ut cum matre plus una eſſet? LA. Quid ais? Non ſigni ſat eſt
Quod heri nemo voluit viſentem ad eam te intro admittere?
SO. Enim laſſam eam oppido 53) tum aiebant, eo 54) ad eam non ammiſſa ſum.

44) nonne decuerat 45) meo ſtudio 46) iſtud 47) a curis 48) te 49) o mi 50) propter gnati cauſam 51) quid 52) quomodo *) *edit. om.* ſe *prob. Bentl.* 53) valde 54) ideo

quos facitis ferendis. Horat. Epiſt. I. 18. 28. *meae ſtultitiam patiuntur opes* etc. i. e. meae opes tantae ſunt ut ſtultitia illas non attenuet.

31. *evenit*] Mſſ. quidam habent *venit*, quod non contemnendum. Nam *venire* pro *evenire* alii quoque ſcriptores dicunt. Liv. IX. 12. *omnia quae deinde venerunt* ubi v. Duker.

34. *puella*] puellae dicuntur feminae adoleſcentiores etiam nuptae. v. Ovid. Epiſt. I. 115. *quae fueram te diſcedente puella* Penelope de ſemet ipſa ad Ulyſſem. Faſt. II. 557. *viduae ceſſate puellae.*

36. *de te peccando detrimenti nil etc.*] i. e. iam talis es ut peccando peior fieri non poſſis.

LA. Tuos eſſe illi mores morbum magis quam ullam aliam rem arbitror,
Et merito adeo. Nam veſtrarum [55]) nulla eſt, quin [56]) gnatum [57]) velint
Ducere uxorem. Et quae vobis placita eſt conditio datur. [58])
Ubi duxere [59]) impulſu veſtro, veſtro impulſu easdem exigunt. [60])

(Actus II. Scena II. PHIDIPPUS. LACHES. SOSTRATA.)

PHIDIPPUS. [61]) Etſi ſcio ego Philumena meum ius [62]) eſſe, ut te cogam
Quae ego imperem facere, Ego tamen patrio animo victus, faciam
Ut tibi concedam, neque tuae lubidini adverſabor.
LAC. Atque eccum Phidippum optime video. Iam ſcibo ex hoc, quid ſiet.
Phidippe, [63]) etſi ego meis me omnibus [64]) ſcio eſſe adprime [65]) obſequentem,
Sed non adeo ut mea facilitas [65a]) corrumpat illorum animos.
Quodſi tu idem faceres, magis in rem [66]) voſtram et noſtram id eſſet.

55) mulierum omnium 56) qaae non 57) ſuum 58) a maritis 59) al. duxerit 60) expellunt ipſi filii 61) Phidippus pater Philumenae dum loqueretur cum ea neſcio qua de cauſa ſubito advenit Laches pater Pamphili 62) poteſtatem 63) o Phidippe 64) filiis et famulis 65) maxime 65a) leuitas (l. lenitas) 66) utilitatem.

---

43. *Et merito*] frequens formula praeſertim apud poetas. Propert. I. 17. 1. ubi v. Broukhuſ.

45. *exigunt*] ſcilicet domo i. e. divortium cum illis faciunt. Plaut. in Mercat. IV. 96. *uxor exigitur matrimonio*. Sueton. in Caeſ. c. 50. *cuius cauſa poſt tres liberos exegiſſet uxorem*.

Act. II. Scen. 2.

7. *magis in rem noſtram*]

Nunc video in illarum [67]) poteſtate eſſe te. PHID. Eia vero.
LA. Adii [68]) te heri de filia *) ut [69]) veni. [70]) itidem [71]) incertum amiſiſti *)
Haud ita decet, ſi perpetuam hanc vis eſſe [72]) affinitatem,
Celare te iras. [73]) Si quid eſt peccatum a nobis profer,
Aut ea refellendo [74]) aut purgando [75]) vobis corrigemus
Te iudice ipſo. Sin ea eſt cauſa retinendi [76]) apud vos
Quia aegra eſt, te mihi iniuriam facere arbitror Phidippe, [77])
Si metuis ſatis ut meae domui curetur diligenter.
At ita me Di ament, haud tibi hoc concedo, etſi illi pater es,
Ut tu illam ſalvam magis velis quam ego. Id adeo [78]) gnati cauſa,
Quem ego intellexi illam haud minus quam ſe ipſum magnifacere. [78 a])

67) filiarum 68) conveni *) *edit. diſting. poſt* filia 69) ſtatim 70) *mutatum in* veniat. alii veni 71) ſimiliter *) *edit. et Bentl.* amiſti 72) inter nos 73) inter nos 74) repellendo a nobis quae nobis oppoſueris 75) i. e. ſatis faciendo 76) ſcilicet filiam veſtram 77) o Phidippe 78) facio 78 a) vel magnificare.

Bentlei. edit *magis rem in voſtram et noſtram id eſſet*, addens hoc civilius et moratius eſſe. Sed veteres millies ſuum nomen alterius nomini praeponunt neque talia exigenda ſunt ad morum, qui nunc ſunt, elegantiam. v. Burmann. ad Lucan. IX. 985.

8. *in illarum poteſtate eſſe te*] i. e. facere te quicquid illae volunt, plane illis obſequi et nulla in re adverſari. Cic. ad Attic. III. 22. *eum totum eſſe in illius poteſtate*; Diverſ. V. 4. *omnibus in rebus me fore in tua poteſtate* ubi v. Graev.

16. *concedo ut*] eadem conſtructio eſt apud Cicer. ad Div. X. 29. *nec iis concedo ut te ſalvum malint quam ego.* Idem aliis locis hoc verbum conſtruit cum *qui* ad Div. X. 3. *nemini concedentem qui tibi vetuſtate neceſſitudinis potior poſſit eſſe.*

18. *magnificare*] i. e. magni facere, magni aeſtimare.

Neque adeo clam me eſt, quam eſſe eum graviter laturum credam.
Hoc ſi reſcierit, eo domum,[79] ſtudeo haec[80] priusquam ille huc *) redeat.
PH. Laches, [81] et diligentiam veſtram et benignitatem
Novi, et quae dicis omnia eſſe ut dicis animum induco,
Et te hoc mihi cupio credere. Illam ad vos redire ſtudeo,
Si facere poſſim ullo modo. LA. Quae res te id facere prohibet?
Eho num quidnam accuſaturum? [82]) *) PH. Minime. Nam poſtquam attendi
Magis, et vi coepi cogere ut rediret, ſancte [83]) adiurat
Non poſſe apud vos Pamphilo ſe abſente perdurare.
Aliud fortaſſe alii *) vitii eſt. Ego ſum animo leni natus,
Non poſſum adverſari meis. [84]) LA. Hem, [85]) Soſtrata. [86]) SO. Heu me miſeram.
LA. Certumne eſt iſtuc? PH. Nunc quidem ut videtur. Sed numquid vis?

79) meam 80) corrigere *) *edit.* ut *improbante Bentl.* 81) o Laches 82) dices te a filio. al. accuſat virum *) *edit. et Bentl.* accuſat virum 83) per ſancta Deorum *) *edit.* aliis *improbante Bentl.* 84) natis 85) iraſcentis 86) hoc egit

---

Saepe hoc verbum occurrit apud Plaut. cuius loca Rivius ad h. l. indicavit. Idem auctori ad Herenn. IV. 21. reſtituit Graevius. Verum Bentl. in Terentio et Plauto legi iubet *magni facere* nec abhorret a vero, librarios cadentis latinitatis verbum magnificare, quod ipſis erat familiarius e vulgata Bibliorum verſione, alteri paſſim ſubſtituiſſe.

28. *leni ego ſum animo natus*] verbum *natus* eleganter abundat ut in aliis formulis, *vir natus*, *mortalis natus*, *mulier nata*. v. not. ad Rutil. Lup. II. 94.

Nam eſt 87) quod me transire ad forum iam oportet. LA. Eo tecum. *)

(ACTUS II. SCENA III. SOSTRATA.)

SO. Edepol, ne 88) *) nos ſumus mulieres **) aeque omnes 89) inviſae viris
Propter paucas, quae omnes faciunt dignae ut videamur malo? *)
Nam ita me Di ament, quod me accuſat nunc 90) vir, ſum extra noxiam.
Sed non facile eſt expurgatu, ita animum induxerunt? 91) Socrus
Omnes eſſe iniquas. 92) haud pol me quidem. Nam nunquam ſecus
Habui illam, ac ſi ex me eſſet gnata. *) Nec qui 93) hoc mihi eveniat ſcio,
Niſi pol filium multis modis iam expecto ut redeat domum.

(ACTUS III. SCENA I. PAMPHILUS. PARMENO. MYRRHINA.)

PAMPHILUS. 94) Nemini plura ego acerba credo eſſe ex amore hominum unquam oblata,

87) ita fieri *) *edit. et Bentl. add.* una 88) pro nonne *) *edit.* nae **) *edit. add.* inique *probante Bentl.* 89) omnes ſumus aequaliter *) *edit. ſine ſigno interrogat. quod ſtare nequit cum* nae, *ſed poſcitur a* nonne. *Nota MSS.* vel; *ſumit* ne *ut Bentl. facit pro* nae. *Male diſting. edit. Zeun. poſt* faciunt 90) al. hic 91) Laches et Phidippus. deeſt ſi *) *edit. non interrogant, et conſentit nota* vel; 92) conſtat. vel? *) *edit.* nata 93) quomodo. 94) revertens Pamphilus de Imbro ut comperit de uxore coepit ita loqui.

ACT. II. SCEN. 3.

1. *Aedepol nae*] uti hic *nae* poſt *aedepol*, ſic poſt *medius fidius* abundat apud Cicer. ad Attic. IV. 4. ubi v. Boſium.

ACT. III. SCEN. 1.

1. *oblata*] i. e. obiecta ut alibi loquitur. Sic *offerre iniuriam* infra V. 1. 13.

Quam mihi. Heu me infelicem. hanccine ego vitam parſi 95) pendere? 96) *)
Hacine cauſa 97) ego eram tanto opere *) cupidus redeundi domum?
Cui quanto fuerat praeſtabilius 98) ubivis gentium 99) agere aetatem,
Quam huc redire, atque haec ita eſſe miſerum me reſciſcere?
Nam nos omnes quibus eſt alicunde aliquis obiectus labos, 1)
Omne quod eſt interea tempus priusquam id reſcitum eſt, lucro eſt 2)
PAR. At ſit 3) *) citius 4) qui 4a) te expedias his aerumnis reperias.
Si non rediſſes, hae irae factae eſſent multo ampliores.
Sed nunc adventum tuum ambas 5) Pamphile ſcio reverituras.
Rem cognoſces, iram expedies, rurſum in gratiam reſtitues. 6)
Levia ſunt, *) quae tu pergravia eſſe in animum induxti tuum.

95) perperci. parco facit parſi et peperci 96) vel perdere *) *edit. et Bentl.* perdere 97) nunquid *) *edit et Bentl.* tantopere 98) melius 99) apud quaslibet gentes 1) pro labor 2) omne quod intereſt tempus, inter malum patratum et cognitionem illius pro lucro habetur 3) conceſſivum eſt *) *edit. et Bentl.* ſic 4) cito 4a) quomodo 5) Bachidem et Philumenam 6) uxorem tuam *) *edit. add.* haec *improbante Bentl.*

---

2. *vitam parſi perdere*] i. e. abſtinui vitam perdere. Ovid. Triſt. III. 3. 51. *parce tamen lacerare genas.*

6. *Nam nos omnes*] notandum eſt ἀνακολουθον quo primum nominandi caſus poſitus eſt, mox verbum, quod dativum poſtulat, ſubiectum. Talia optimis quibusque ſcriptoribus vel invitis exciderunt vel ſtudio quaeſita ſunt ut oratio gratam negligentiam haberet. Multa exempla congeſſerunt Muretus epiſt. XXXIII. Daviſ. ad Caeſar. de B. C. I. 41. et Cort. ad Salluſtii Iugurth. c. 30.

PAM. Quid consolare 7) me? an quisquam *) gentium 8) est aeque miser? 9)
Priusquam hanc 10) uxorem duxi, habebam alibi animum amori 11) deditum.
Iam in hac re ut taceam cuivis facile scitu est, 12) quam fuerim miser.
Tamen nunquam ausus sum recusare eam, quam mihi obtrudit pater.
Vix me illinc 13) abstraxi, atque inpeditum in ea 14) expedivi animum meum,
Vixque huc 15) contuleram. Em, nova res orta est porro ab hac 16) quae me abstrahat 17)
Tum matrem ex ea re aut uxorem in culpa inventurum 18) arbitror.
Quod cum ita esse invenero, quid restat nisi porro ut fiam miser?
Nam matris ferre iniurias me Parmeno pietas iubet.
Tum uxori obnoxius sum. 19) Ita olim suo me ingenio pertulit,
Tot meas iniurias quae nunquam in illo patefecit loco.
Sed magnum nescio quid necesse est evenire 20) *) Parmeno,
Unde ira inter eas intercessit, quae tam permansit diu.

7) consolaris *) *edit. et Bentl. add.* usquam 8) in aliquo gentium 9) ut ego 10) Philumenam 11) in Bachidem 12) antequam ducerem istam 13) a Bachide 14) Bachide 15) ad Philumenam 16) Philumena 17) res 18) me aut culpam matris aut uxoris 19) debitor sum 20) vel evenisse *) *edit. et Bentl.* evenisse.

---

14. *alibi*] i. e. in alio amore; *alibi* eodem modo de personis dicitur, quo *unde* et *inde*.

23. *iniurias quae*] grammatices ratio postulat *quas*, sed maluit Terentius *quae* dicere, ut conclusio ad omnia referatur. v. Donat. ad h. l. et est haec generis mutatio satis usitata. v. Broukhus. ad Propert. I, 18. 23.

PAR. Haud quidem hercle parvum.[21]) *) Si vis vero veram rationem exequi,
Non maxumas quae maxumae ſunt interdum irae iniurias
Faciunt. Nam ſaepe eſt [22]) quibus [23]) in rebus alius ne iratus quidem eſt,
Cum de eadem cauſa eſt [24]) iracundus factus inimiciſſimus.
Pueri inter ſeſe quam pro levibus noxiis iras gerunt.
Quapropter? Quia enim qui eos gubernat animus, infirmum [25]) gerunt
Itidem [26]) illae mulieres ſunt ferme ut pueri levi ſententia. [27])
Fortaſſe unum aliquod verbum inter eas iram hanc conciverit. [28])

21) eſt *) *edit. ponit diſtinction. minorem* ſ. comma *poſt* parvum *et maiorem ſive punctum in fine huius verſus* 22) evenit 23) aliquibus 24) aliquis 25) animum 26) ſimiles 27) mente 28) commoverit.

---

26. *veram rationem exſequi*] i. e. inquirere, perveſtigare Liv. III. 8. *exſequendo ſubtiliter numerum* etc. Hinc ſaepe Livius iungit, *exſequi quaerendum, exſequi ſcitandum*. v. Gronov. ad Liv. IX. 3.

30. *iras gerunt*] Sic *odium gerere* dixit Livius XXVIII. 22. *cupiditatem gerere* Iuſtin. XVII. 1. *deſideria gerere* Quinctil. declam. 10. ubi *gerere* ſumendum eſt pro *habere*. v. Burmann. ad Calpurn. Flacc. declamat. 13. inprimis frequens *animum gerere* Cic. Parad. c. 5. *gerere animum laude dignum* Iuſtin. XLIV. 2. *feris propiora quam hominibus ingenia gerunt*. Seneca in Hippolyto 573. *quam victus animum feminae mitem geram*.

31. *animus infirmus*] *infirmus animus* proprie tribuitur ei qui motibus animi non moderatur. Caeſ. de B. G. IV. 5. *infirmitatem Gallorum veritus quod ſunt in conſiliis capiendis mobiles*.

32. *levi ſententia*] i. e. mutabili conſilio; *ſententia* valet conſilium, animum. Plaut. in Moſtell. I. 3. 15. *ut lepide res omnes tenet ſententiasque amantium*. Idem in Mil. II. 1. 51. *ego quia inſpexi mulieris ſententiam*.

34. *conciverit*] Donatus legit *conciviſſe*, quae verior lectio eſt. Nam veteres *fortaſſe, ſcilicet,*

PAM. Abi Parmeno intro, ac me venisse nuntia. PAR. Hem. PAM. *) Quid hoc est? PAR. 29) Tace.
Trepidari sentio, et cursari rursum, prorsum. agedum 30) *) ad fores
Accede propius. Em. 31) sensistin? PAM. Noli fabularier.
Pro, Iuppiter, clamorem audio. *) PAR. Tute 32) loqueris, me vetas? 33) *)
MYRR. Tace obsecro 34) mea gnata. PAM. Matris vox visa est Philumenae.
Nullus sum. PAR. Qui 35) dum? PAM. quia perii. PAR. Quamobrem? PAM. Nescio quod magnum malum
Me celant *) profecto Parmeno. PAR. Uxorem 36) Philumenam
Pavitare nescio quid dixerunt. Id si forte est nescio.
PAM. Interii cur id mihi non dixti? PAR. Quia non poteram una omnia 37)

*) *edit. et Bentl. tribunt Parmenoni* 29) vel Pamphilus *) *edit. et Bentl.* Pamphilus 30) adhuc *) *edit. et Bentl. tribuunt Parm.* 31) *superscriptum nomen* Parmeno *) *edit.* audivi *prob. Bentl.* 32) ipse 33) loqui *) *edit. et Bentl. non interrogant* 34) Iste erat clamor quo loquebatur Mirrhina cum filia sua 35) quomodo *) *edit.* celas *prob. Bentl.* 36) tuam 37) tibi dicere.

---

videlicet cum infinitivo construebant. v. Gronov. Obs. III. 9. et notata ad Heaut. II. 3. 117.

34. *me venisse nuncia*] notandus mos veterum quo mariti, etiam praemisso servo, uxoribus nunciabant se venire. v. Broukhus. ad Tibulli Eleg. I. 3. 89.

35. *Trepidari*] *trepidare* est satagere, discurrere cum pavore quodam. Sallust. in Iug. c. 67. *milites improviso metu — trepidare ad arcem oppidi.* Liv. XXVII. 1. *ut pars trepidantium terga invaderent* ubi. v. interpret. inprimis Duker. ad Flor. III. 10. p. 583.

41. *Pavitare*] i. e. frigore et febri iactari. v. Servium ad Aen. I. 92.

PAM. Quid morbi eſt? PAR. Neſcio. PAM. Quid? nemon [37a] medicum adduxit? PAR. Neſcio.
PAM. Ceſſo hinc ire intro, ut hoc quamprimum quicquid eſt certum [*] ſciam?
Quomodo Philumena [38] te nunc offendam affectam? [39]
Nam ſi periclum ullum in te ineſt, periſſe me una [40] haud dubium eſt.
PAR. Non uſus [41] facto eſt mihi nunc hunc [42] intro ſequi.
Nam inviſos [43] omnes nos eſſe illis [44] ſentio.
Heri nemo voluit Soſtratam intromittere.
Si forte morbus amplior factus ſiet,
Quod ſane nolim, maxime [45] eri cauſa mei,
Servum ilico introiſſe dicent Soſtratae
Aliquid tuliſſe [46] comminiſcentur [47] mali
Capiti atque aetati illorum [48] morbus qui auctus ſiet. [49]
Era in crimen veniet, [50] ego vero in magnum malum. [51]

37a) an nemo *) *edit.* certo 38) o Philumena 39) obviabo infirmitate gravatam 40) ſimul 41) opus 42) Pamphilum 43) odioſos 44) patri et matri et Philumenae 45) dicent factum 46) intuliſſe 47) excogitabunt 48) Philumenae et parentum illius 49) ſcilicet eveniet et augeatur illis ſi hoc contra nos dixerint 50) ſuo venificio 51) ſi Philumenae aliquid mali contigerit.

---

46. *periiſſe me una*] Similis locus Propertii Eleg. II. 21. 42. *vivam, ſi vivet, ſi cadet illa, cadam.* v. Columnam ad Ennii fragm. 288.

54. *capiti illorum*] i. e. vitae et ſic caput ſemper dicitur in hac inprecationis formula. Plaut. in Rudente V. 2. 59. *Venus eradicet caput atque aetatem tuam* Virg. Aen. VIII. 484. *Dii capiti ipſius generique reſervent.* v. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XX. 127. Graev. ad Coelii epiſt. in Cic. ad Div. VIII. 1. et Bentl. ad Phorm. III. 2. 6.

(Actus III. Scena II. SOSTRATA. PARMENO. PAMPHILUS.)

SO. Nescio quid iam dudum audio hic tumultuari misera.
Male metuo, ne Philumenae magis morbus aggravescat.
Quod te Aesculapi 52) et te salus 53) ne quid sit 53a) huius oro.
Nunc ad eam, 54) visam. 55) PAR. Heu Sostrata. 56) SO. Hem. PAR. Iterum istic excludere. 57)
SO. Ehem, Parmeno 58) tun hic eras? Perii, quid faciam misera?
Num 59) visam uxorem Pamphili, cum in proximo hic sit aegra? 60)
PAR. Non visas, ne 61) *) mittas quidem visendi causa quenquam.
Nam qui amat, 62) cui odio ipsus est, 63) bis facere stulte 64) duco.
Laborem inanem ipsus capit, 65) et illi molestiam affert.

52) Deus est medicinae 53) Dea salutis 53a) mali 54) pergam 55) illam 56) o Sostrata 57) pro excluderis. ab ostio Philumenae 58) o Parmeno 59) *Mutatum in* nam *et altera lectio in margine notata.* *) *edit. et Bentl.* non 60) vel; *pertinet ad lectionem* nam 61) *mutat. in* nec *) *edit.* nec *improbante Bentl.* 62) illam 63) aliquo odio habetur. 64) geminae stulticiae deservire *Marg. adscr. alia man.* leff ane wedderleff *i. e. amor non mutuus.* 65) qui odientem se visitat.

Act. III. Scen. 2.

1. *tumultuari*] passive dicitur. Nam apud veteres activum etiam *tumultuare* in usu fuit. v. Voss. de analog. III. 7. et interpret. ad Caes. de B. G. VII. 61.

2. *ne morbus aggravescat*] i. e. augeatur, amplior fiat ut paulo ante dixit. Cic. Catil. I. 13. *hic morbus qui est in republica vehementius gravescet.*

6. *in proximo*] i. e. in vicinia. Plautus in Cistell. I. 1. 102. *habitat in proximo.*

Tunc *) filius tuus introiit videere [66] ut venit quid agat. [67]
SO. Quid ais? An venit Pamphilus? PAR. Venit. SO. Dis gratias habeo.
Em iſtoc verbo animus mihi rediit, et cura [68] ex corde receſſit [69] *)
PAR. Iam ea te **) cauſa maxime nunc huc introire nolo.
Nam ſi remittent quippiam Philumenam dolores,
Omnem rem narrabit ſcio continuo ſola ſoli,
Quae inter vos intervenit, †) unde ortum eſt initium irae.
Atque eccum video ipſum egredi; quam triſtis eſt. SO. O, mi gnate
PAM. Mea [70] mater ſalve. SO. Gaudeo veniſſe ſalvum. Salvan [71]
Philumena eſt? PAM. Meliuscula eſt. [72] SO. Utinam iſtuc ita Di faxint.
Quid tu igitur lacrimas, aut quid es tam triſtis? PAM. Recte mater.
SO. Quid fuit tumulti? [73] Dic mihi. An dolor repente invaſit? [74]

*) *edit.* tum 66) mox 67) Philumena 68) ſollicitudo 69) *nunc* exceſſit *) *edit. et Bentl.* exceſſit **) *edit.* de *improbante Bentl.* †) *edit.* intervenerit *Bentl.* intervenerint 70) o mea 71) an ſalva 72) aliquid levius habet 73) antique *pro tumultus* 74) illam.

---

14. *ſi remittent etc.*] duplex huius loci lectio eſt. *Si remittent quippiam Philumenae dolores* et *ſi remittent quippiam Philumenam dolores.* Si priorem lectionem ſequamur, *dolores remittent* ſignificat leniores fient, ſedabuntur, pronomine *ſe* ſubintellecto, quod ſaepe additur. Cic. in Orat. c. 34. Sin poſteriorem lectionem, quae pluribus auctoritatibus nititur, praeferamus, *dolores remittent Philumenam* ſignificat dolores relinquent Philumenam.

19. *meliuſcula eſt*] i. e. paulo melius habet. Cic. ad Div. XVI. 5. *tum meliuſcule tibi eſſet.*

PAM. Ita ſactum eſt. SO. Quid morbi eſt? PAM. Febris. SO. Cotidianan?
PAM. Ita aiunt. I ſodes intro conſequar iam te mea mater. SO. Fiat.
PAM. Tu pueris curre Parmeno obviam atque his 74a) onera adiuta. 75)
PAR. Quid? Non ſciunt ipſi viam domum qua redeant? PAM. Ceſſas? 76)

(Actus III. Scena III. PAMPHILUS.)

PAMPHILUS. 77) Nequeo mearum rerum initium ullum invenire idoneum,
Unde exordiar narrare, quae nec 78) opinanti 79) accidunt,
Partim quae perſpexi 80) his oculis, 81) partim quae accepi auribus.
Qua me propter exanimatum citius eduxi foras.
Nam modo intro me ut corripui timidus, alio ſuſpicans
Morbo me viſurum affectam ac 82) ſenſi uxorem eſſe, ei mihi.
Poſtquam me aſpexere ancillae adveniſſe, ilico omnes ſimul

74a) pueris 75) alleva 76) ire 77) ſecum 78) non 79) mihi 80) in Philumena 81) meis 82) quam.

---

24. *iis onera adiuta*] i. e. iis adiuta oneribus ferendis. Notandus eſt dativus perſonae, iis qui per archaismum verbo *adiutare* iungitur. Vide interpretes ad Petron. c. 62. edit. Burmann. p. 412. *Adiutare* cum accuſativo rei eſt in Phorm. I. 2. 49.

Act. III. Scen. 3.

4. *me eduxi foras*] i. e. foras prodii. Plaut. in Bachide IV. 2. 11. *ducte ab aedibus.* Cic. ad Div. X. 32. *Balbus — duxit ſe a Gadibus* ubi v. Manut. it. Bentlei. ad IV. 1. 7.

5. *me intro corripui*] i. e. raptim introii. Mox v. 16. *corripui illico me inde lacrumans.* infra IV. 1. 3. *corripuit derepente tacitus ſeſe.* v. Heinſ. ad Virgil. Aen. VI. 472. *corripuit ſeſe.*

Laetae 83) exclamant. Venit, 84) id 85) quod me de *) repente aſpexerant.
Sed continuo vultum earum ſenſi immutari omnium,
Quia tam incommode 86) illis fors obtulerat adventum meum.
Una illarum forte interea propere praecurrit *) nuntians
Me veniſſe. Ego eius 87) viſendi 88) *) cupidus recta 89) conſequor.
Poſtquam introii extemplo eius morbum 90) cognovi miſer,
Nam neque ut celari poſſet tempus, *) ſpatium ullum dabat,
Neque voce alia ac res 91) monebat ipſa poterat 92) conqueri.
Poſtquam aſpexi, o facinus 93) indignum inquam et corripui 94) ilico,
Me inde lacrumans, incredibili re atque atroci percitus; 95)
Mater 96) conſequitur. Iam ut limen exirem, ad genua accidit

83) ita 84) Pamphilus 85) ideo *) *edit. om.* de *improbante Bentl.* 86) inopinate *) *edit.* praecucurrit *prob. Bentl.* 87) Philumenae 88) vel videndi *) *edit. et Bentl.* videndi 89) recte 90) partum *) *edit.* et *Bentl. diſting. poſt* poſſet 91) quam dolor parturientis 92) parturientis gemitus 93) exclamatio 94) egreſſus ſum inde 95) perculſus 96) Philumenae.

---

10. *obtulerat*] offerri dicuntur, quaecunque praeter exſpectationem obiiciuntur, ſive bona, ſive mala. v. Donat. ad h. l.

12. *eius videndi*] non opus eſt legere *videndae*. Rationem conſtructionis explicant Sanctius in Minerva III. 8. p. 458. et ibi Perizon.

17. *percitus*] i. e. vehementer commotus. Lucret. V. 400. *ira tum percitus acri.* Cic. pro Milone c. 23. *animus iratus et percitus.* Liv. VI. 38. *tum percitus ira Camillus* ubi v. Drakenb.

18. *limen exirem*] notandum eſt *exire limen* pro exire limine vel de limine. Eodem modo dicitur *egredi portam*, *urbem*.

ad genua accidit] *ad genua accidere* vel *genibus accidere* eſt in genua procumbere, ſupplican-

Lacrumans misera; miseritum 97) est. Profecto hoc sic est ut puto.
Omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus.
Hanc habere orationem mecum a principio 98) institit.
O mi Pamphile abs te 99) quam ob rem haec abierit, causam vides.
Nam vitium 1) est oblatum 2) virgini olim, ab nescio quo improbo.
Nunc huc confugit, te atque alios partum ut celaret suum.
Sed cum orata eius 3) reminiscor, 4) nequeo quin lacrimem miser.

97) ei a me 98) mater Philumenae 99) a domo tua 1) stuprum 2) inlatum 3) preces matris 4) ego Pamphilus.

---

di causa. Seneca Troad. v. 690. *ad genua accido supplex.* Sueton. in Caes. c. 20. *ut ad genua ultro sibi accideret.* v. quae notavimus ad Rutil. Lup. II. 96.

19. *ut puto*] fere idem est quod *ni fallor.* Catull. carm. 35. *hoc unum excipio ut puto pudenter.* v. Duker. ad Sueton. Vespasian. c. 23.

20. *ut res dant sese*] i. e. ut res eveniunt vel succedunt. v. notat. ad Heaut. V. 1. 43.

magni sumus] i. e. superbi, elati. Plaut. in Mil. IV. 2. 53. *magnum me faciam nunc quoniam illaec me collaudat.* Hinc *magnum dicere* apud Virgil. Aen. X. 547. significat arrogantibus verbis uti. v. Cl. Koenium in praefat. ad Gregor. de dialectis p. 10. Contrarium est *minoribus verbis uti* apud Ovid. Metam. VI. 151.

humiles] i. e. animis submissis, abiectis. Cic. ad Attic. II. 21. *ut ille tum humilis tum demissius erat.* v. Burmann. ad Lucan. VIII. 157.

21. *institit*] quidam MSS. habent *instituit* ut aliis locis centum variatur. Burmann. et Oudendorp. ad Sueton. Vitell. c. 2. *institit* de eo rectum putant, qui quid pergit facere, *instituit* de eo, qui quid incipit facere. Sed promiscuus horum verborum usus videtur; certe, apud Cicer. ad Div. X. 16. *flagitare senatus institit,* hoc verbum non *perrexit,* sed *coepit* significat. v. interpret. ad Liv. XXVII. 46.

Quaeque ſors 5) fortuna eſt inquit 6) nobis quae te hodie obtulit,
Per eam 7) te obſecramus ambae, 8) ſi ius, ſi fas eſt, uti 9)
Advorſa eius per te tecta tacitaque apud omnes ſient.
Si unquam erga te animo eſſe amico ſenſiſti eam 10) mi Pamphile
Sine labore 11) hanc gratiam te uti ſibi des 12) illa nunc rogat.
Caeterum de reducenda id facias quod in rem 13) ſit tuam.
Parturire eam neque gravidam eſſe ex te ſolus conſcius. 14)
Nam aiunt tecum poſt duobus concubuiſſe eam menſibus.
Tum poſtquam ad te venit, menſis agitur hic iam ſeptimus.
Quod te ſcire ipſa indicat res. Nunc ſi potis eſt Pamphile,
Maxime volo doque operam, 15) ut clam eveniat partus patrem
Atque adeo omnes. Sed ſi fieri non poteſt, quin ſentiant, 16)
Dicam abortum eſſe; 17) ſcio enim *) nemini aliter ſuſpectum fore,

5) fortuitus eventus 6) mater Philumenae 7) fortunam 8) o Pamphile 9) ut 10) ſenſiſti illam benevolam erga te 11) tuo 12) ut celes 13) in poteſtatem 14) es 15) ideo adhibeo ſtudium 16) omnes 17) abortivum *) *edit. et Bentl. omitt.* enim *textui ſuperſcriptum in cod.*

---

27. *ſi ius ſi fas eſt*] ius eſt ius humanum, fas eſt ius divinum. Virgil. Georg. I. 269. *feſtis quaedam exercere diebus Fas et iura ſinunt* ubi v. Servium. Plura de hoc deſcrimine Duker. ad Flor. II. 20. p. 475.

30. *gratiam des*] i. e. beneficium. Plaut. in Captiv. III. 5. 63. *ab eo petito gratiam iſtam.*

Quin quod veri ſimile eſt ex te recte eum natum putent.
Continuo exponetur. 18) hic tibi nihil eſt quicquam incommodi,
Et illi miſerae 19) indignae factam iniuriam contexeris. 20)
Pollicitus ſum, 21) et ſervare in eo certum eſt 22) quod dixi 23) fidem.
Nam de reducenda id vero neutiquam 24) honeſtum eſſe arbitror,
Nec faciam, etſi 25) amor me graviter conſuetudoque *) tenet.
Lacrimo, quae poſt hac 26) futura eſt vita cum in mentem venit 27) —
Solitudoque. O fortuna, ut 28) nunquam es perpetuo bona.
Sed iam prior amor 29) me ad hanc rem exercitatum reddidit.
Quem 30) ego tum conſilio 31) miſſum feci, 32) idem 33) nunc huic 34) operam dabo.

18) a me ad nutriendum 19) Philumenae 20) cooperies. Hactenus verba matris 21) matri ita 22) definitum eſt a me 23) victus precibus 24) nequaquam 25) licet *) *edit. et Bentl. add.* eius 26) deinceps 27) mihi. Conditio futurae vitae 28) quemadmodum 29) quem habui in Bachidem 30) amorem 31) patris mei 32) dimiſi 33) ego 34) Bachidi ſtupri.

Salluſt. in Iug. c. 110. *ut rex privato homini gratiam deberem.*

39. *recte natus*] *recte natus* dicitur, qui ex legitimo matrimonio natus eſt.

46. *O fortuna ut nunquam es perpetuo bona*] Bentlei. Donato duce ſic legit: *O fortuna ut nunquam perpetua es data.* Plaut. in Ciſtell. I. 3. 46. *ut ſunt humana, nihil eſt perpetuum datum.* Mutarunt lectionem qui non concoquerent *fortunam* abſolute pro bona fortuna. Sed ſic eſt in Phorm. V. 6. 44. Terentii loco ſimilis ille Rutil. Lupi II. 75. *o fortuna quam vehementer te rerum varietas oblectat.*

48. *conſilio*] i. e. ratione, prudentia. Cic. pro Murena. c. 12. *mulieres omnes propter infirmitatem conſilii maiores in tutorum poteſtate eſſe voluerunt.*

Adeſt Parmeno cum pueris; hunc minime eſt opus
In hac re eſſe. 35) *) Nam olim ſoli 36) credidi
Ea 37) me abſtinuiſſe in principio cum data eſt.
Vereor ſi clamorem eius 38) hic crebro exaudiat, 39)
Ne parturire intellegat; aliquo 40) mihi eſt
Hinc ablegandus 41) dum parit Philumena.

(Actus III. Scena IV. PARMENO. SOSIA. PAMPHILUS.)

PARMENO. 42) Ain tu tibi 43) hoc incommodum eveniſſe iter?
SOS. Non hercle verbis Parmeno dici poteſt
Tantum quam re 44) ipſa navigare incommodum eſt.
PAR. Itane eſt? SO. O fortunate, neſcis quid mali
Praeterieris qui nunquam es ingreſſus mare.
Nam alias ut omittam *) miſerias unam hanc 45) vide.
Dies triginta aut plus eo in navi fui,
Cum interea ſemper mortem expectabam miſer.

35) adeſſe *) *edit. et Bentl.* adeſſe 36) Parmenoni 37) Philumena 38) Philumenae parturientis 39) Parmeno 40) in aliquo loco 41) removendus. transmittendus 42) loquebatur Parmeno cum Soſia, qui cum Pamphilo fuerat ultra mare 43) o Soſia 44) experimento *) *edit.* mittam 45) quam ſumus experti.

Liv. XXXIX. 35. *cum omnia ira non conſilio gererentur.* v. Gronov. ad Liv. XLIV. 2.

huic] nempe uxoris amori, ut eum miſſum faciam.

54. *ablegandus*] i. e. amandandus. Hoc verbo veteres utuntur de iis quorum praeſentia moleſta eſt. Liv. I. 35. *ſub tempus pueros venatum ablegavit.* Juſtin. I. 5. *ut ablegatus in Perſas ab avo fuerit* ubi v. Gronov.

Act. III. Scen. 4.

1. *iter*] *iter* dicitur de navigatione Ovid. epiſt. XXI. 78. *et facere ignava puppe videbar Iter.* Sic *ire* pro *navigare.* Virg. Aen. IV. 310. *et mediis properes aquilonibus ire per altum.*

3. *tantum quam*] dicitur pro *tantum quantum.* Liv. XXXVII. 51. *non tantum gaudium ab recenti metu adtulerunt quam averterunt famam.* Lucanus IX. 766.

Ita usque 46) advorſa tempeſtate uſi ſumus.
PAR. Odioſum. 47) SO. Haud clam me eſt. 48) Denique hercle aufugerim 49)
Potius quam redeam, ſi eo mihi redeundum ſciam.
PAR. Olim quidem te cauſae impellebant leves,
Quod nunc minitare facere ut faceres 50) Soſia.
Sed Pamphilum ipſum video ſtare ante oſtium.
Ite intro, ego hunc adibo, ſi quid me velit.
Ere etiam tu nunc hic ſtas? PAM. Et quidem te expecto. PAR. Quid eſt?
PAM. In arcem transcurſo opus eſt. PAR. Cui homini? 51) PAM. Tibi
PAR. In arcem. quid eo? 52) PAR. Callidemidem hoſpitem
Myconium 53) qui mecum una advectus eſt, conveni. 54)
PAR. Perii. voviſſe hunc dicam ſi ſalvus domum
Rediſſet, ut me ambulando rumperet.
PAM. Quid ceſſas? PAR. Quid vis dicam? An conveniam modo?
PAM. Immo 55) quod conſtitui me hodie conventurum eum
Non poſſe. Ne me fruſtra illic expectet, vola. 56)

46) ſemper, aſſidue 47) eſt navigare 48) non me latet 49) dominum meum 50) fugeres 51) opus eſt 52) illuc 53) ab inſula 54) colloquere 55) dic illi 56) percurre citiſſime.

ſed qua non ulla cruentae Tantum mortis habet. v. Gronov. in diatribe Statiana 57. et ad Liv. XXVI. 1.

17. *In arcem*] nempe Athenarum, ubi hoſpes ille videtur Minervae ſacra feciſſe et vota poſt navigationem ſolviſſe.

20. *voviſſe hunc dicam*] alludit ad morem veterum, qui mare ingredientes aliquid Diis vovebant quod poſt felicem reditum ſolverent. v. Donat. ad h. l.

21. *rumperet*] *rumpere* aliquem ambulando, currendo ſignificat ita aliquem fatigare, ut proprie rumpatur ut deficiat. Plautus in Captiv. prol. v. 14. *ego me tua cauſa ne erres non rupturus ſum.*

PAR. At non novi hominis faciem. PAM. At faciam ut noveris
Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, caeſius [57]
PAR. *) Cadaveroſa [58] facies. *) Di illum perduint.
Quid ſi non veniet? Maneamne usque ad veſperum?
PAM. Maneto, curre. PAR. Non queo. ita defeſſus ſum.
PAM. [59] Ille [60] abiit; quid agam infelix, prorſus neſcio.
Quo pacto hoc celem quod me oravit Myrrhina
Suae gnatae partum. Nam me miſeret mulieris. [61]
Quod potero faciam, tamen ut pietatem colam [62]
Nam me parenti [63] potius quam amori [63a] obſequi
Oportet. Atat. Eccum Phidippum et patrem
Video, orſum *) [64] pergunt; quid dicam hiſce? *) Incertus ſum

57) lenticuloſus, vel rugoſus caeſuris *) *edit. haec tribuit Pamphilo prob. Bentl.* 58) ſimilis cadaveri *) *edit.* facie *prob. Bentl. et ſequentia Parmenoni tribuit* 59) ſecum 60) Parmeno 61) Mirrhinae vel Philumenae 62) ut propter pietatem poſtponenda mater non eſt 63) matri 63a) uxori *) *edit.* horſum 64) in hanc partem *) *edit. non interrogat et leviter diſtinguit.*

---

27. *cadaveroſa facie*] cadaveroſam faciem ſic deſcribit Seneca epiſt. 122. *ita iſtorum corpora qui ſe tenebris dicaverunt foeda viſuntur. Quippe ſuſpectior illis quam morbo pallentibus color eſt: languidi et evanidi albent et in vivis caro morticina eſt.* v. Gesner. in theſ. liguae lat. hac voce.

32. *Suae gnatae partum*] hoc per appoſitionem, quam vocant, dictum.

(Actus III. Scena V. LACHES. PHIDIPP. PAMPHILUS.)

LA. 65) Dixtin, *) dudum illam 66) dixiſſe expectare filium? 67)
PH. Factum. 68) LA. Veniſſe 69) aiunt. Redeat. 70) PAM. 71) Quam cauſam dicam patri
Quam ob rem non reducam? *) Neſcio. LA. Quem ego hic audivi loqui?
PAM. Certum obfirmare eſt viam 72) me quam decrevi perſequi.
LA. Ipſus eſt de quo hoc agebam tecum. PAM. Salve mi pater.
LA. Gnate mi ſalve. PH. Bene factum te adveniſſe Pamphile,
Et *) adeo quod maximum eſt ſalvum atque validum. PAM Creditur
LA. Advenis modo? PAM. Admodum. 73) LA. Cedo; 74) quid reliquit Phania, 75)
Conſobrinus noſter? PAM. Sane hercle homo voluptati obſequens 76)

65) Laches loquitur ad Phidippum, qui dixerat ideo non redire Philumenam, quia filium eius Pamphilum expectaret *) *edit. diſting. poſt* dudum *improbante Bentl.* 66) Philumenam 67) meum Pamphilum 68) ita ut dixi 69) filium meum 70) Philumena 71) ſecum *) *edit. non interrogat* 72) rationem *) *ed.* atque 73) valde 74) dic 75) nobis poſt mortem ſuam 76) prodigus.

Act. III. Scen. 5.

4. *viam perſequi*] translatio ſumta eſt a viatoribus, qui ab itinere non deflectunt. *Viam ſequi* metaphorice dixit Cic. Catil. IV. 5.

8. *admodum*] eſt aſſentiendi particula, qua comici, et qui dialogos ſcribunt, in reſponſionibus utuntur in Phorm. II. 2. 1. *ais conſpectum veritum hinc abiſſe? admodum.* Cic. de legib. III. 11. *ſcis, ſolere in huiusmodi ſermone, ut transiri alio poſſit, admodum dici,* quem locum male ſollicitavit Daviſius.

Fuit dum vixit, et qui ſic vivunt, *) haud multum heredem 77) iuvant,
Sibi vero hanc laudem relinquunt, vixit, dum vixit *) bene
LA. Tum tu igitur nihil attuliſti huc plus una ſententia?
PAM. Quicquid eſt id quod reliquit, profuit. LA. Immo offuit.
Nam illum vivum et ſalvum vellem. PH. Impune optare iſtuc licet;
Ille reviveſcet iam nunquam, et tamen 78) utrum malis ſcio.
LA. Heri Philumenam ad ſe accerſi hic 79) iuſſit. Dic iuſſiſſe te 80)
PH. Noli fodere. 81) Iuſſi? LA. Sed eam iam remittet. PH. Scilicet
PAM. Omnem rem ſcio ut ſit geſta. adveniens audivi omnia modo. *)
LA. At iſtos invidos Di perdant, qui haec libenter nuntiant. 82)

*) *edit.* ſunt *quae eſt hodierna codicis lectio prob. Bentl.* 77) ſuum *) *edit. diſting. poſt* vixit *probante Bentl.* 78) inefficaciter 79) Phidippus 80) *literis rubris* ſilenter hoc ei dixit 81) latus *) *edit. omitt.* modo. *Bentl. qui omitt.* omnia *habet* modo 82) *mutatum in* annuntiant.

---

10. *haud multum heredem iuvant*] i. e. non valde augent lucrum heredis; *multum* eſt *valde.* Nepos in Conone c. 2. *hic multum ducem ſummum Ageſilaum impedivit.* Salluſt. in Catil. c. 27. *cum ſuis conſiliis multum obficere.*

11. *vixit bene*] i. e. laute et delicate cuticulam curavit; contra *male vivere* eſt *miſere vivere.* v. not. ad Eun V. 8. 44.

13. *Quicquid eſt id*] Sic veteres rem extenuare ſolebant. Plaut in Rudent. prol. v. 58. *quicquid erat noctu in navem comportat.* Petron. c. 99. *ego cum Gitone quicquid erat invidulum compono.* v. Burmann. p. 608.

17. *fodere*] ſcilicet latus, quod faciunt, qui alterum alicuius rei admonere volunt. Horat. epiſt. I. 6. 50. *mercemur ſervum qui dictet nomina, laevum. Qui fodicet latus* ubi v. Lambin.

PAM. Ego me ſcio caviſſe ne ulla merito contumelia
Fieri 83) a vobis poſſet; Idque ſi nunc memorare 84) hic velim
Quam fideli animo *) in illam 85) et clementi fui,
Vere poſſum, 86) ni te ex ipſa haec magis velim reſciſcere.
Namque eo pacto maxime apud te meo ingenio erit fides, 87)
Cum illa 88) quae in me nunc iniqua eſt, aequa 89) de me dixerit.
Neque mea culpa hoc diſcidium eveniſſe, id teſtor deos.
Sed quando ſeſe *) indignam deputat matri meae,
Cui concedat, 90) cuiusque mores toleret ſua modeſtia
Neque alio pacto componi poteſt inter eas gratia,
Segreganda aut mater a me eſt Phidippe 91) aut Philumena.
Nunc me pietas matris potius commodum 92) ſuadet ſequi.

83) mihi 84) antique pro memorari *) *edit. add.* et benigno 85) Philumenam 86) memorare o Phidippe 87) maxime credulus ero apud te 88) Philumena 89) iuſta *) *ed. add.* eſſe *prob. Bentl.* 90) obediat 91) o Phidippe 92) voluntatem.

---

27. *quando ſeſe indignam deputat matri meae Cui concedat*] h. e. quando putat, a ſe non deberi poſtulari, ut matri meae concedat. Nam pro *cui* omnino legendum *quae.* v. Gronov. Obſerv. III. 8. Bentl. ad h. l. et not. ad Eunuch. V. 226.

31. *me ſuadet*] *ſuadere* et *perſuadere* interdum cum accuſat. conſtruuntur, ut exemplis docet Burmann. ad Phaedr. I. 15. 6. Sed hic melius eſt *me* cum infinitivo *ſequi* iungere, *nunc pietas mihi ſuadet, me matris potius commodum ſequi.*

commodum ſequi] i. e. ut v. 45. loquitur, ſe matris commodis accommodare. Cic. act. I. in Verr. c. 7. *non exiſtimationem populi Romani ſequentur.*

LA. Pamphile haud invito ad auris 93) ſermo mihi acceſſit tuus;
Cum te poſtputaſſe 94) omnis res prae parente 95) intelligo.
Verum vide ne impulſus ira, 96) prave inſiſtas Pamphile 97)
PAM. Quibus iris impulſus nunc in illam iniquus ſim,
Quae nunquam quicquam erge me commerita eſt pater
Quod nollem, et ſaepe meritam quod vellem ſcio?
Amoque et laudo et vehementer deſidero. 98)
Nam fuiſſe erga me 99) miro ingenio 1) expertus ſum.
Illique exopto ut reliquam vitam exigat
Eum eo viro me qui ſit fortunatior,
Quandoquidem illam a me diſtrahit 2) neceſſitas.
PH. Tibi id in manu eſt ne fiat. 3) LA. Si ſanus ſatis *) ſies,
Iube illam redire. PAM. Non eſt conſilium pater.
Matris ſervibo commodis. LA. Quo abis? Mane,

93) accuſativus 94) poſthabuiſſe 95) matre 96) contra Philumenam 97) o Pamphile 98) illi bene eſſe 99) Philumenam 1) fideli 2) ſeparat 3) ne ſeparetur *) *ed. om.* ſanus *prob. Bentl.*

---

32. *ſermo acceſſit*] recte e Mſſ. emendavit Palmerius *ad aures mihi ſermo accidit tuus.* Haec enim eſt legitima loquendi forma. Rutil. Lup. I. 58. *id vehementer iucundum auribus accidere conſuevit* ubi v. quae notavimus.

34. *inſiſtas*] i. e. propoſitum proſequaris.

39. *miro ingenio*] i. e. mirifico, ſingulari Virg. Aen. VIII. 57. *adiungi generum miro properabat amore.*

44. *non eſt conſilium*] h. e. non eſt animus, non eſt propoſitum. Plaut. in Mil. II. 3. 73. *conſilium eſt ita facere* Salluſt. in Catil. c. 4. *non fuit conſilium ſocordia atque deſidia bonum otium conterere* ubi v. Cortium.

Mane inquam. Quo abis? PH. Quae haec eſt pertinacia?
LA. Dixin [4]) Phidippe hanc rem [5]) aegre laturum eſſe eum? [6])
Quamobrem te orabam ut filiam remitteres.
PH. Non credidi edepol adeo inhumanum [6a]) fore.
Ita nunc is [7]) ſibi me ſupplicaturum [7a]) putat?
Si eſt [8]) ut velit reducere uxorem licet. [9])
Sin alio eſt animo, renumeret [10]) dotem, [11]) huc; eat.
LA. Ecce autem tu [12]) quoque proterve iracundus es.
PH. Percontumax rediſti huc nobis Pamphile [13])
LA. Decedet *) ira haec, etſi [14]) merito iratus eſt [15])
PAM. *) Quia paulum **) vobis acceſſit [16]) pecuniae,

4) an dixi o Phid. 5) quod a domo mea receſſit Philumena 6) Pamphilum 6a) Pamphilum 7) Pamphilus 7a) ut eam reducat 8) voluntas ei 9) faciat 10) reddat 11) quam ei dedi 12) o Phidippe 13) o Pamphile *) *ed. add.* iam *improb. Bentl.* 14) licet 15) ſit *) *edit. PH. et ſic nunc in cod. prob. Bentl.* **) *ed.* paululum *improb. Bentl.* 16) in mortem Phaniae.

---

52. *renumeret*] h. e. reddat, reſtituat. Sic *numerare* dicitur pro *ſolvere* in Ad. III. 3. 52. *ut numerabatur forte argentum.* Cic. Tuſc. quaeſt. V. 32. *cum poſtridie rogarent eum, cui numerari iuberet.* De lege Attica, qua maritus, qui uxorem dimiſiſſet, dotem reddere cogebatur. v. Petit. ad leges Atticas p. 556.

53. *proterve*] i. e. immoderate et ſuperbe. v. Donat. ad h. l.

54. *percontumax*] i. e. contemtor potiorum, ut bene Donat. ad h. l.

55. *Decedet ira*] i. e. *abcedet,* ut loquitur infra V. 2. 15. Curtius VIII. 2. *poſtquam ira mente deceſſerat.* Sic cura, ſollicitudo, tumor, invidia *decedere* dicuntur. v. inprimis ad Liv. IV. 52. *ubi hae ſollicitudines diſceſſere. Cadit* ira eſt apud Lucan. IV. 284.

Sublati[17]) animi[18]) ſunt. LA. Etiam mecum litigas?
PH. Deliberet renuntietque hodie mihi,
Velitne an non, ut aliis ſi huic non ſit ſiet[19])
LA. Phidippe ades, audi paucis; [20]) abiit.[21]) Quid mea?[22])
Poſtremo inter ſe transigant[23]) ipſi ut lubet,
Quando nec natus, neque hic[24]) mihi quicquam obtemperant,
Quae dico parvi pendunt. Poſt *) hoc iurgium
Ad uxorem[25]) cuius haec fiunt conſilio omnia,
Atque in eam hoc omne quod mihi aegre eſt, evomam.

(Actus IV. Scena I. MYRRHINA. PHIDIPPUS.[26])

MY.[27]) Perii. quid agam? Quo me vortam? Quid viro meo reſpondebo
Miſera? Nam audiſſe vocem pueri viſus eſt vagientis.
Ita corripuit[28]) derepente tacitus ſeſe ad filiam;
Quod ſi reſcierit peperiſſe eam,[29]) id qua cauſa clam me habuiſſe[30])

17) elati 18) veſtri 19) Philumena 20) breviter 21) filius 22) intereſt. quid ad me pertinet 23) Pamphilus et Philumena 24) Phidippus *) *edit. et Bentl.* porto 25) meam Soſtratam 26) *alia manu. v. ſupra* p. 49. IIII actus qui eſt de inquirenda cauſa diſcidii 27) Timens Mirrhina mater Philumenae quod Phidippus audiſſet iam vocem pueri vagientis dicebat ſecum. 28) ſubito intravit 29) filiam ſuam 30) celaſſe ei.

---

57. *Sublati animi ſunt*] i. e. ſuperbiores et inſolentiores facti eſtis. Liv. III. 62. Juſtin. I. 4. *ne paterna maternaque nobilitas nepoti animos extolleret. Animi* plurali numero ſaepe dicuntur de ſuperbia, ferocia, audacia. v. Gronov. ad Liv. XXII. 25. et Drakenb. ad II. 27.

59. *ut alii ſit*] i. e. ut alius eam uxorem habeat.

Act. IV. Scen. I.

4. *clam habuiſſe*] i. e. celaſſe infra IV. 4. 35. *non me clam haberet* etc.

Dicam, non edepol ſcio.
Sed hoſtium concrepuit. Credo ipſum [31] exire ad me. Nulla ſum.
PH. [32] Uxor ubi me ad filiam ire ſenſit, ſeduxit [33] *) foras;
Atque eccam video. Quid ais Myrrhina? [34] Heus tibi dico. MYR. Mihine vir?
PH. Vir ego tuus ſum. [35] Tune virum me aut hominem deputas adeo eſſe?
Nam ſi utrumvis [36] horum mulier, unquam tibi viſus forem,
Non ſic ludibrio, tuis factis habitus eſſem. MYR. Quibus? PH. At rogitas?
Peperit filia. Hem taces? ex quo? [37] MYR. [38] Iſtuc patrem rogitare *) eſt aequum?
Perii. Ex quo cenſes, [39] niſi ex illo [40] cui data eſt nuptum [41] obſecro?
PH. Credo, neque adeo [42] arbitrari patris eſt aliter. [43] Sed demiror
Quid ſit quamobrem tantopere hoc *) omnes nos celare volueris
Partum, praeſertim cum et recte et tempore ſuo pepererit.
Adeon [44] pervicaci [45] eſſe animo, ut puerum praeoptares perire;

31) Phidippum 32) ſecum 33) ſeceſſit *) *edit.* ſe duxit 34) o Myrrhina 35) vel? *edit. interrog.* 36) aut vir aut homo 37) peperit 38) iraſcendo *) *edit.* rogare 39) putas illam peperiſſe 40) Pamphilo 41) ad nubendum 42) certe 43) niſi benigne *) *edit. et Bentl. om.* hoc 44) debuiſti 45) pertinaci.

---

9. *vir*] pro marito ponitur. Salluſt. Catil. c. 25. *mulier viro et liberis ſatis fortunata* ubi v. Cort. Sic *mulier* pro uxore Lactant. I. 17. *virgo fuit primo, poſtea mulier.*

16. *cum recte pepererit*] h. e. cum partum ediderit rectum, perfectum, non monſtroſum.

17. *praeoptares potius*] poterat omitti *potius*, ſed ſaepe eleganter abundat. Cic. in Piſon. c. 7. ad Div. XV. 5. *caſum potius quam te laudare mavis.*

Ex quo [45a] firmiorem inter nos [46] fore amicitiam poſthac ſcires,
Potius quam advorſum animi tui libidinem [47] eſſet cum illo [48] nupta? [49]
Ego etiam illorum [50] eſſe hanc culpam credidi, quae [51] te eſt penes. [52]
MYR. Miſera ſum. PH. Utinam ſciam eſſe iſtuc; [53] ſed nunc mihi in mentem venit
Ex hac re, quod locuta es [53a] olim cum illum generum cepimus.
Nam negabas nuptam filiam poſſe tuam te pati
Cum eo, [54] qui meretricem [55] amaret, qui pernoctaret foris.
MYR. [56] Quamvis [57] cauſam [58] hunc [59] ſuſpicari, quam ipſam [60] veram [61] mavolo. [61a]
PH. Multo prius ſcivi quam tu illum [62] habere amicam [63] Myrrhina.
Verum id vitium nunquam decrevi eſſe ego adoleſcentiae. [64]
Nam id omnibus innatum eſt. At pol iam aderit tempus [65] *) ſe [66] quoque etiam cum oderit.

45 a) puero 46) inter generum et ſocerum 47) contra voluntatem animi tui malam 48) Pamphilo 49) filia tua 50) Pamphili et Soſtratae 51) culpa 52) apud te 53) ut miſera ſis 53 a) mihi 54) Pamphilo 55) Bachidem 56) ſecum 57) multum 58) hanc 59) Phidippum 60) cauſam 61) ſcire 61 a) vel? 62) Pamphilum 63) Bachidem 64) in adoleſcentibus nunquam putavi pro vitio haberi ſi uterentur meretricibus 65) prae ſenectute *) *edit. om.* tempus 66) nedum meretrices.

---

22. *generum cepimus*] h. e. elegimus. Virgil. Georg II. 230. *ante locum capies oculis.* v. Drakenb. ad Liv. VI. 28.

28. *iam aderit ſe quoque etiam cum oderit*] intelligendum *tempus* ut in Andr. I. 1. 125. *Prope adeſt cum alieno more vivendum eſt mihi.* v. Bentlei. ad h. l. Notandum vero *etiam* et *quoque* iungi. Cic. de Nat. Deor. I. 22. *non enim poeta ſolum ſuavis verum etiam caetera quoque doctus.* Plin. X. 97. *non nemo etiam*

Sed ut olim te oſtendiſti [67]) eandem *) eſſe, nihil ceſſaviſti usque adhuc,
Ut filiam ab eo abduceres, ne quod ego [68]) egiſſem eſſet ratum. [69])
Id nunc indicium [69a]) res haec facit, quo pacto factum [70]) volueris.
MYR. Adeon [71]) me pervicacem [72]) eſſe cenſes, cui mater ſiem,
Ut [73]) eo eſſem animo, ſi ex uſu [74]) eſſet noſtro hoc matrimonium?
Tum [75]) *) proſpicere aut iudicare noſtram in rem [76]) quod ſit potes. *)
PH. Audiſti ex aliquo [77]) fortaſſe qui vidiſſe eum [78]) diceret
Exeuntem aut introeuntem ad amicam? [79]) *) Quid tum poſtea?
Si modeſte ac raro [80]) haec facit *) nonne **) diſſimulare nos [81])
Magis humanum eſt quam dare operam id ſcire qui nos oderit?
Nam ſi ipſe *) [82]) poſſet ab ea [83]) ſeſe derepente avellere

67) inimicam Pamphilo *) *edit.* eadem *prob. Bentl.* 68) nuptias 69) firmum 69 a) quia celaſti puerum 70) iſtud 71) numquid 72) filiae meae 73) vel aut 74) ex utilitate 75) deinde *) *edit. et Bentl.* tun *et tribuunt hunc verſum Phidippo* 76) in utilitatem *) *edit. interrogat* 77) per aliquem 78) Pamphilum 79) Bachidem *) *edit. non interrogat atque cod.* vel; 80) ad meretricem ingrediendo *) *edit.* hoc fecit **) *edit. add.* ea *improb. Bentl.* 81) me et te *) *ed. et Bentl.* is 82) Pamphilus 83) Bachide.

---

ante viginti quoque ubi. v. Cort. infra V. 1. 7. *ego quoque etiam timida ſum.* Caeterum Terentium imitatus eſt Quinctil. declam. 16. p. 343. *hominis unus exitus eſt ut ſe oderit.* Simile illud in Heaut. V. 4. 20. *totus mihi diſpliceo.*

33. *ſi ex uſu eſſet noſtro*] pro ſi nobis utile eſſet. v. Heaut. I. 2. 36.

Quicum *) [84] tot conſueſſet annos, non eum hominem [85] ducerem, [86]
Nec virum [87] ſatis firmum gnatae. [88] MYR. Mitte [89] adoleſcentem obſecro,
Et [90] quae me peccaſſe ais. Abi ſolus, *) ſolum [91] conveni.
Roga, velitne uxorem annon. Si eſt ut dicat velle ſe
Redde. Sin autem eſt ut nolit, recte *) conſului meae. [92]
PH. Si quidem ille non vult, [93] et tu ſenſiſti in eo [94] eſſe peccatum [95]
Myrrhina, *) cuius conſilio fuerat ea par proſpici. [96]
Quamobrem incendor ira, te eſſe auſam facere haec iniuſſu meo [97]
Interdico [98] ne extuliſſe [99] extra aedes puerum usquam velis.
Sed [1] ego ſtultior meis dictis parere [1a] hanc qui poſtulem.
Ibo intro atque edicam ſervis ne quoquam efferri ſinant [2]
MYR. Nullam pol credo mulierem me miſeriorem vivere.

*) *edit.* quacum 84) cum qua 85) verae fidei 86) aeſtimarem. vel dicerem 87) maritum 88) meae 89) omitte 90) omitte *) *edit. diſting. poſt* abi 91) Pamphilum *) *edit. add.* ego *improb. Bentl.* 92) filiae reducendo ad me 93) noluit 94) Pamphilo 95) culpam *) *edit. add.* aderam 96) aderam ego praeſens ne fierent 97) ſine iuſſione mea 98) tibi 99) expellere 1) ſecum 1 a) obtemperare 2) etiamſi ipſa velit expellere.

---

41. *ſatis firmum*] i. e. ſatis conſtanter. Sic *firmae nuptiae.* ſupra I. 2. 26. Ridicule Donatus *firmum* exponit, quem res Venereae non moveant.

48. *ne extuliſſe velis*] h. e. ne efferas. Veteris elegantiae eſt haec periphraſis cum verbo *velle.* Lucret. II. 640. *ut armis Ac virtute velint patriam defendere terram* i. e. ut defendant. Ovid. Metam. II. 745. *tu tantum fida ſorori eſſe velis.* v. Gudium aliosque interpretes ad Phaedr. I. 2. 96.

Nam ut hic [3] laturus hoc ſit, ſi ipſam rem ut [4] ſiet reſciverit?
Non edepol clam me eſt, cum hoc quod levius eſt [5] tam animo iracundo tulit,
Nec qua via ſententia eius poſſit mutari ſcio,
Hoc mihi unum ex plurimis miſeriis reliquum fuerat malum.
Si puerum ut tollam [6] cogit, cuius nos qui ſit neſcimus pater.
Nam cum conpreſſa eſt nata, forma [7] in tenebris noſci non quita [8] eſt,
Neque detractum ei [9] quicquam eſt, [10] qui [11] poſt poſſit noſcier qui ſiet.
Ipſe eripuit vi in digito quem habuit virgini abiens anulum.
Simul vereor Pamphilum ne orata noſtra [12] nequeat diutius
Celare, cum ſciet alienum puerum tolli pro ſuo.

(Actus IV. Scena II. SOSTRATA. PAMPHILUS.)

SOSTRATA. [13] Non clam me eſt gnate [14] mi, tibi [15] me eſſe ſuſpectam, uxorem tuam
Propter meos mores hinc abiſſe. Etſi ea aſſimulas [16] *) ſedulo,

3) qualiter Phidippus 4) quemadmodum 5) quod dicit me celare partum illius 6) nutriam 7) comprimentis 8) ab ea 9) comprimenti 10) ab ea 11) quomodo 12) preces noſtras 13) Excuſat ſe Soſtrata apud filium non ſuae culpae fuiſſe quod eius uxor reverſa eſt ad domum maternam 14) o gnate 15) a te 16) affingis aliter quam ſit. vel diſſimulas *) *edit.* diſſimulas.

57. *quita eſt*] antique pro *quivit.* Salluſt. in Jug. c. 31. *quicquid ſine ſanguine civium ulciſci nequitur.*

Verum ita me Di ament, itaque [17]) obtingant ex te quae opto mihi,
Ut nunquam ſciens commerui merito, *) ut [18]) caperet illa *) odium mei.
Teque antequam me amare [20]) rebar, [21]) ei rei firmaſti fidem.
Nam mihi intus tuus pater narravit modo, quo pacto me habueris
Praepoſitam amori tuo. Nunc tibi certum me eſt [22]) contra gratiam
Referre, ut apud me praemium eſſe poſitum pietatis [23]) ſcias.
Mi Pamphile. Hoc et vobis [24]) et meae commodum famae arbitror.
Ego rus abituram hinc continuo [25]) me *) eſſe certe decrevi patri, [26]) *)
Ne mea praeſentia obſtet, [27]) neu cauſa ulla reſtet reliqua,

17) et ita *) *edit. diſting. poſt* commerui 18) quia *) *edit.* illam *prob. Bentl. invitis omnibus libris Romanis a Faerno laudatis qui habebant* illa 20) cum marito meo ut me amares 21) aeſtimarem 22) definitum eſt apud me 23) tuae 24) tibi et Philumenae 25) al. cum tuo *) *edit. et Bentl.* cum tuo 26) vel patre *) *edit. et Bentl.* patre 27) vobis.

Act. IV. Scen. 2.

5. *teque antequam me amare rebar etc*] hunc locum, e quo nullus ſenſus elici poterat, antiquorum librorum ope ſic reſtituit Bentlei. *teque ante quod me amare rebar ei rei firmaſti fidem.* Ordo eſt: quod qui ante rebar te me amare, ei rei fidem firmaſti.

6. *habueris praepoſitam*] i. e. praepoſueris. Salluſt. in Catil. c. 23. *tale periculum reipublicae haud occultum habuit,* ubi v. interpr. Cic. ad Quint. fratr. III. 9. *quid me hortaris ut abſolvam, habeo abſolutum ſuave, mihi quidem uti videtur ἔπος ad Caeſarem;* in Eun. II. 3. 92.

8. *praemium*] praemium propria ratione *poni* et *praeponi* dicitur. Salluſt. in Catil. c. 20. *fortuna omnia victoribus praemia poſuit.* Virg. Aen. V. 292. *invitat pretiis animos et praemia ponit.* v. Drakenb. ad Liv. XXXIX. 16.

Quin tua Philumena ad te redeat. PAM. Quaeſo quid iſtuc conſilii eſt?
Illius [28] ſtultitia victa [29] ex urbe tu rus habitatum migres?
Haud facies. Neque ſinam, ut qui nobis mater [30] maledictum velit, [31]
Mea pertinacia eſſe dicat factum, haud tua modeſtia.
Tum tuas amicas te et cognatas deſerere et feſtos dies
Mea cauſa [32] nolo. SO. Nihil pol iam iſtaec mihi res [33] voluptatis ferunt.
Dum aetatis tempus tulit, perfuncta ſatis ſum. Satias [34] iam tenet [35]
Studiorum iſtorum. Haec mihi nunc cura eſt maxima, ut ne cui meae
Longinquitas aetatis obſtet mortemve exoptet [36 *] meam.
Hic [37] video me eſſe inviſam inmerito. tempus eſt concedere [38]

28) patris mei 29) eſt qua te increpabat 30) o mater 31) male velit 32) propter meam cauſam 33) iſtae quas enumeraſti 34) ſatietas 35) me 36) *) *edit.* exſpectet *prob.* Bentl. 37) in urbe 38) migrare in rus.

---

18. *perfuncta ſatis ſum*] i. e. ſatis uſa ſum. Servius Sulpic. ad Cicer. IV. 5. *omnibus bonis prope perfunctam eſſe.*

19. *Studiorum*] ſtudia dicuntur omnia in quibus verſamur et quibus delectamur. v. notata ad And. I. 1. 29.

20. *Longinquitas aetatis*] i. e. diuturnitas. *Longinquus* et *longinquitas* non tantum de loci, ſed etiam de temporis ſpatio dicitur. Propert. I. 6. 27. *multi longinquo periere in amore libenter*, ubi v. Broukhuſ. Liv. V. 15. *iam per longinquitatem belli commercio ſermonum facto.* v. Gronov. Obſerv. IV. 11. p. 168. uti *longinquus* pro *longus*, ita *longus* interdum ponitur pro *longinquus*. Silicus Italic. VI. 628. *remeans longis olim Tyrinthius*, ubi v. Drakenb.

Sic optume 39) ut ego opinor omnes caufas 40) praecidam omnibus,
Et me hac fufpicione exfolvam et illis 41) morem geffero.
Sine me obfecro hoc 42) effugere, vulgus quod male audit mulierum. 43)
PAM. Quam fortunatus caeteris fum rebus, absque 44) una haec foret. 45)
Hanc matrem habens talem, illam autem uxorem. SO. Obfecro mi Pamphile,
Non tute incommodam rem ut quaeque eft 46) in animum inducas 47) pati,
Si caetera ita funt ut tu vis. 48) Itaque 49) ut effe ego illam 50) exiftimo,
Mi 51) gnate da veniam hanc mihi, reduce illam. PAM. Vae mifero mihi.
SO. Et mihi quidem. 52) Nam haec res non minus me male habet quam te gnate mi.

39) recedendo ab urbe 40) occafiones 41) Philumenae et parentibus eius 42) malum 43) maledicta quae vulgares mulieres fuftinent 44) absque fi 45) fi non effet Philumenae filius adulterinus 46) ut unaquaeque res eft 47) propter hoc quod receffit 48) in Philumena 49) et ita eft 50) probam et modeftam 51) o mi 52) ve (vae).

---

22. *caufas praecidam*] i. e. tollam, adimam. Cic. act. I. in Verrem c. 7. *ut una hora qua coepi dicere reo audaci — fpem iudicii corrumpendi praeciderem.* Verr. II. 62. *Da mihi hoc; iam tibi maximam partem defenfionis praecideris.*

24. *quod*] *quod* ponitur pro *ob quod*, *propter quod* ut alibi faepe apud Terent. refpicit autem, quod fupra II. 1. 4. dictum erat *omnes focrus oderunt nurus.*

25. *absque una haec foret*] i. e. fi haec una res abeffet. in Phorm. I. 4. 11. *nam absque eo effet.* Haec loquendi forma non nifi apud Comicos reperitur. Ipfa etiam praepofitione *absque* comici foli utuntur, quae non directe apud eos *fine* fignificat fed tantum exceptionem quandam. v. Vorftium de latinit. merito fufpecta c. 9.

(Actus IV. Scena III. LACHES. SOSTRATA. PAMPHILUS.)

LACHES. Quem cum iſtoc [53] ſermonem habueris [54] procul [55] hinc ſtans accepi uxor. [56]
Iſtuc eſt ſapere, qui [57] ubicumque opus ſit animum poſſis flectere.
Quod [58] ſit faciendum poſt fortaſſe idem hoc nunc ſi feceris.
SO. Fors ſiat pol [59] *) LA. Abi rus ergo hinc; ibi ego te et tu me feres.
SO. Spero ecaſtor. LA. I, intro ergo, et compone quae tecum
Ferantur ſimul; dixi. SO. Ita ut iubes faciam. PAM. Pater. [60]
LA. Quid vis Pamphile. PAM. Hinc abire matrem? [61] Minime. LA. Quid ita iſtuc vis?

53) filio meo 54) modo 55) prope 56) o uxor 57) quomodo 58) videlicet ſi ab urbe exieris nunc, quod aliquando faciendum erit 59) fortuna hoc vellet ut ego exirem *) *edit. et Bentl.* fuat 60) vel? 61) praecipis.

Act. IV. Scen. 3.

1. *procul hinc ſtans*] Bentlei. recte edidit *procul hic adſtans.* Nam *procul* non ſemper longum ſpatium ſignificat, ſed remotionem ex alio loco in alium. Itaque recte procul eſſe dicitur, qui tam prope adeſt, ut alterius ſermonem audire poſſet. v. Perizon. ad S. Min. I. 16. p. 155.

4. *fors fuat*] i. e. fortuna adſit, faveat. Antiquiſſimi ſcriptores ſaepe uſi ſunt verbo *fuo* pro *ſum*, ex graeco φυω vel φυμι, unde ſuperſunt *fui* et *futurus.* Virgil. Aen. X. 108. *Tros Rutulusve fuat.*

5. *compone*] *componere* proprium hac in re verbum ſignificat ſtipare, colligere in unum. Plaut. in Milit. IV. 7. 21. *omnia compoſita ſunt; quae donavi auferat* Petron. c. 99. *quicquid erat, compono* etc. v. Broukhuſ. ad Propert. I. 9. 13.

6. *dixi*] hic habet vim aſſeverandi, omnino ita futurum, ut dixerat et vim interminandi. v. in Phorm. II. 3. 90.

PAM. Quia de uxore incertus ſum etiam quid ſim facturus. LA. Quid eſt?
Quid vis facere niſi reducere? PAM. Equidem cupio et vix contineor.
Non 62) comminuam 63) *) meum conſilium. 64) Ex uſu 65) quod eſt, id perſequar.
Credo ea gratia concordes 66) ſi non reducam fore
LA. Neſcias. nequeas. *) 67) Verum id tua refert nihil, 68) utrum illae fecerint,
Quando haec 69) abierit. Odioſa haec eſt aetas 70) aduleſcentulis.
E medio 71) aequum excedere eſt. Poſtremo 71 a) nos iam fabulae
Sumus Pamphile 72) ſenex atque anus.
Sed video Phidippum egredi per tempus. 73) accedamus. 74)

62) ſed non 63) matri. alii. Ego non minuam *) *edit. et Bentl.* Sed non minuam 64) vel? 65) ex utilitate 66) matrem et Philumenam *) *edit. omitt.* nequeas 67) neſcis quod dicis neque poteris agere ita ut dicis 68) nihil ad te pertinet 69) mater (uxor) mea 70) anilis 71) poſt quam ex urbe 71 a) poſtmodum 72) o Pamphile 73) oportune 74) ad eum.

---

9. *contineo*] ſcilicet me. Sed Bentlei. e melioribus libris edidit *contineor*, quod praeferendum.

10. *non minuam conſilium*] h. e. conſilium quod cepi non mutabo. v. not. ad Andr. II. 3. 18.

perſequar] i. e. ſequar, compoſitum pro ſimplici. Cic. ad Div. IX. 3. *neglecta barbarorum inſcitia, te perſequar;* de Offic. II. 24. *haec genera officiorum qui perſequuntur,* ubi v. Graev.

14. *nos fabulae ſumus*] i. e. nos nullo numero ſumus. Veteres tum homines tum res contemtus cauſa fabulas et nugas dicunt. Cic. ad Attic. VI. 3. *amicos habet meras nugas* ad Quint. fratr. I. 2. *ego nugas maximas omni mea comitate ſum complexus.* Horat. Carm. I. 4. 16. *iam te premet nox fabulaeque manes.*

(ACTUS IV. SCENA IV. PHIDIPPUS. LACHES. PAMPHILUS.)

PHIDIPPUS.[75] Tibi quoque edepol ſum, iratus Philumena[76]
Graviter quidem. Nam hercle abs te eſt factum turpiter[77]
Etſi tibi cauſa eſt de hac re[78] mater, quae te impulit.[79]
Huic[80] vero nulla[81] eſt. LA. Oportune te mihi
Phidippe in ipſo tempore oſtendis. PH. Quid eſt?
PAM. Quid[82] reſpondebo his?[83] aut quo pacto hoc aperiam?
LA. Dic[84] filiae,[85] rus conceſſuram[86] hinc[87] Soſtratam,
Ne revereatur, minus[88] iam quo redeat domum. PH. Ah.
Nullam de his rebus culpam commeruit tua.[89]
A Myrrhina haec ſunt mea uxore exorta omnia.
Mutatio[90] fit.[91] ea[92] nos perturbat Laches.[93]

75) Phidippus increpat filiam ſuam Philumenam quod celaverat ei partum 76) o Philumena 77) quod celaſti partum mihi 78) de partu occultando 79) ut celares 80) Pamphilo 81) culpa 82) propter quod Philumenam nolo reducere 83) Phidippo et patri meo 84) o Phidippe 85) tuae 86) migraturam 87) ex urbe 88) ut non 89) uxor 90) culpae. 91) Id eſt mutatur culpa a tua uxore ad meam 92) Myrrhina 93) o Laches.

ACT. IV. SCEN. 4.

3. *de hac re*] i. e. quod ad hanc rem attinet; eam vim praepoſitionis *de* ſupra explicuimus.

6. *operiam*] i. e. celem. in aliis editionibus nullo ſenſu legitur *aperiam*. v. Bentl. ad h. l.

11. *mutatio fit*] ſunt verba Pamphili, quae averſus a ſenibus loquitur v. Bentl. ad h. l.

12. *turbent*] h. e. litigent, tumultuentur. Virgil. Ecl. I. 12. *usque adeo turbatur agris*. Bentleius corrigit *turbet* ſcilicet Myrrhina, quae lectio melius reſpondet verbis *ea nos perturbat*.

PAM. Dum 94) ne reducam, 95) turbent porro quam velint.
PH. Ego Pamphile eſſe inter nos ſi fieri poteſt
Affinitatem hanc ſane perpetuam volo.
Sin eſt 96) ut aliter tua ſiet ſententia,
Accipias puerum. PAM. Senſit peperiſſe; occidi 97)
LA. Puerum. Quem puerum? PH. Natus eſt nobis nepos.
Nam abducta a vobis praegnans fuerat filia,
Nec fuiſſe praegnantem unquam ante hunc ſcivi diem.
LA. Bene ita me di ament nuntias et gaudeo
Illum natum tibi, et *) illam 98) ſalvam. Sed quid mulieris 99)
Uxorem habes, 1) aut quibus moratam moribus?
Nos ne hoc celatos 2) tam diu? Nequeo ſatis
Quam hoc mihi videtur factum prave 3) proloqui.
PH. Non tibi illud factum minus placet quam mihi Laches. 4)
PAM. Etiamſi dudum fuerat ambiguum hoc mihi 5)

94) ſolummodo 95) Philumenam 96) vel ſi ineſt 97) perii *) *edit.* Natum illum, et tibi *Bentl. delet* tibi 98) filiam tuam 99) quam peſſumam 1) fiḡ. (?) 2) pro celare decuit 3) ab uxore tua 4) o Laches 5) quod eam reducerem iam.

---

12. *quam velint*] i. e. quantum velint. Cic. de Nat. Deor. II. 17. *hic quam volet Epicurus iocetur* pro Coel. c. 26. *quam velit ſit potens.*

22. *moratam moribus*] i. e. praeditam. *moratus* in utramque partem dicitur de eo, qui vel bonis vel malis moribus praeditus eſt. Liv. XXVI. 22. *multitudinem melius moratam* XLV. 23. *ſi hoc in tam bene morata civitate accidere potuit.*

25. *non tibi illud factum*] Nullus in his verbis ſenſus eſt. Bentl. ex vi ſententiae emendat *non mihi illud factum minus dolet quam tibi.* Par locus eſt ſupra IV. c. 30. *haec res non minus me male habet quam te.*

Nunc non eſt, 5a) cum eam conſequitur alienus puer. 6)
LA. Nulla tibi Pamphile hic iam conſultatio eſt.
PAM. Perii. LA. Hunc videre ſaepe optabamus diem,
Cum ex te eſſet aliquis, qui te appellaret patrem.
Evenit; habeo gratiam dis. PAM. Nullus ſum.
LA. Reduc uxorem, ac noli adverſari mihi. 7)
PAM. Pater ſi illa ex me liberos vellet ſibi,
Aut ſe eſſe nuptam mecum, ſatis certo ſcio,
Non clam me haberet, quae celaſſe intelligo.
Nunc cum eius alienum a me eſſe animum ſentiam,
Neque conventurum 8) inter nos poſthac eſſe arbitror,
Quamobrem reducam? LA. Mater quod ſuaſit ſua,
Aduleſcens mulier fecit; mirandumne id eſt?
Cenſesne te poſſe ullam repperire mulierem,
Quae careat culpa? An quia non delinquunt 9) viri?
PHI. Vosmet videte iam Laches 10) et tu Pamphile, 11)
Remiſſan vobis opus 12) ſit, an reductan *) domum
Uxor 13) quid faciat in manu non eſt mea.

5a) ambiguum 6) alterius filius 7) noli contrarius eſſe mihi *) *edit.* quod *prob. Bentl.* 8) conveniens 9) vel delinquant 10) o Laches 11) o Pamphile 12) utilitas *) *edit.* reducta 13) tua o Laches.

---

27. *conſequitur alienus puer*] translatio, ut Donatus ait, ſumta eſt a pecudibus, quae ſimul atque natae ſunt, matres ſequuntur. Horat. Carm. I. 23. 11. *tandem deſine matrem tempeſtiva ſequi viro.*

43. *remiſſamne etc.*] hunc verſum Faernus et Bentleius ex veteribus libris ita reſtituerunt, *remiſſane opus ſit vobis reductane domum* i. e. utrum vobis utile eſſe putetis illam remitti ad me an reduci domum. *ne ne* ponitur pro *ne an* Tibull. IV. 5. 20. *quid refert clamne palamne roget.* *Opus eſſe* dicitur, e quo utilitas ad nos redit. Cic. de Orat. II. 10. *etiamſi opus eſt, tamen minus eſt neceſſarium.* v. Perizon. ad S. Min. IV. 15. p. 796.

Neutra in re [14]) vobis difficultas a me erit.
Sed quid faciemus puero? LA. Ridicule; [15]) rogas?*)
Quicquid futurum eſt, [16]) huic [17]) reddas ſuum, [18])
Ut alamus ſcilicet noſtrum. [19]) PAM. Quem ipſe [20]) neglexit pater,
Ego alam? [21]) LA. Quid dixti? Eho. Annon alemus Pamphile?
Prodemus quaeſo potius? Quae haec amentia eſt?
Enimvero prorſus iam tacere non queo.
Nam cogis ea quae nolo ut praeſente hoc [22]) loquar.
Ignarum cenſes tuarum lacrumarum eſſe me,
Aut quid ſit hoc*) id quod [23]) ſollicitere [24]) ad hunc modum?
Primum ubi hanc dixti cauſam, te propter tuam
Matrem non poſſe hanc habere uxorem domi,
Pollicita eſt ea [25]) ſe conceſſuram [26]) ex aedibus.
Nunc poſtquam ademptam hanc quoque tibi cauſam [27]) vides,
Puer quia clam te eſt natus, nactus alteram [28]) es.
Erras, tui animi ſi me eſſe ignarum putas.
Aliquando tandem huc [29]) animum ut abducas [30]) *) tuum. [31])

14) neque in remittendo neque in reducendo 15) loqueris *) *edit. et Bentl. neque diſtingunt poſt* ridicule *neque interrogant* 16) ſive reducatur Philumena ſeu non 17) Pamphilo 18) filium 19) nepotem 20) ſuus 21) ignorabat ſuum eſſe 22) Phidippo *) *edit. omitt.* hoc *Bentl.* id 23) propter quod 24) ſolliciteris 25) mater tua 26) migraturam 27) occaſionem 28) occaſionem 29) ad meam voluntatem 30) vel adducas *quam lectionem recepit Bentl.* *) *Edit.* adiungas 31) ſcilicet volo.

---

54. *ſollicitere*] i. e. commoveare, perturberis v. Donat. ad h. l.

61. *animum ut adiungas*] meliores libri habent *animum ut adducas.* infra V. 3. 38. *nunquam animum quaeſtus gratia ad malas adducam partes* v. Bentl. ad h. l.

Quam longum ſpatium amandi amicam [32]) tibi dedi?
Sumptus, quos feciſti in eam, animo aequo tuli?
Egi atque oravi [33]) tecum uxorem ut duceres;
Tempus dixi eſſe; inpulſu [34]) duxiſti meo.
Quae [35]) tum obſecutus mihi feciſti ut decuerat.
Nunc animum rurſum ad meretricem induxti tuum,
Cui [36]) tu obſecutus facis huic [37]) adeo iniuriam.
Nam in eandem vitam [38]) te revolutum denuo
Video eſſe. PAM. Mene? LA. Te ipſum, et facis iniuriam. [39])
Confingis *) falſas cauſas ad diſcordiam,
Ut cum illa vivas, [40]) teſtem hanc [41]) cum abs te amoveris
Senſitque [42]) adeo uxor. [43]) Nam ei alia cauſa quae fuit,
Quamobrem abs te abiret? PHI. [44]) Plane hic divinat. Nam id eſt.
PAM. Dabo ius iurandum nihil eſſe iſtorum [45]) tibi [46]) LA. Ah.

32) meretricem 33) te 34) mea inpulſione 35) iſta quae dixi 36) meretrici 37) Philumenae 38) meretricandi 39) iniuſtitiam *) *edit.* quum fingis *improb. Bentl.* 40) meretrice 41) tuae libidinis Philumenam 42) hoc 43) Philumena quod illam velles dimittere et aliam ducere 44) ſecum 45) quae dicis 46) pater.

---

64. *oravi tecum*] *orare tecum* antique dixit pro *orare te* ut Plaut. in Rudente III. 4. 68. *Scin quid tecum oro ſenex?*

69. *in eandem vitam revolutum eſſe*] i. e. rediiſſe. Cic. ad Attic. XIII. 26. *revolvor identidem in Tuſculanum.*

74. *plane*] i. e. omnino Plaut. in Epid. IV. 1. 14. *Plane hic ille eſt qui mihi in Epidauro primus pudicitiam perpulit.* Petron. c. 41. *Plane hoc ſervus tuus indicare poteſt* ubi v. Burmann.

divinat] *divinare* plerumque eſt futura praedicere, ut vates, qui inde *divini* dicuntur. v. Graev. ad Cic. ad Attic. X. 4. *me de republica nunquam niſi divine cogitaſſe;* aliquando etiam dicitur de re praeterita, valetque verum dicere, rem acu tangere.

Reduc uxorem, aut quam ob rem non opus ſit cedo 47)
PAM. Non eſt nunc tempus. 48) LA. Puerum accipias. Nam is 49) quidem
In culpa non eſt, poſt de matre videro.
PAM. 50) Omnibus modis miſer ſum, nec quid agam ſcio.
Tot me nunc rebus miſerum concludit pater.
Abibo hinc, praeſens quando 51) promoveo 52) parum.
Nam puerum injuſſu credo non tollent 53) meo,
Praeſertim in ea re cum ſit mihi adiutrix ſocrus.
LA. Fugis. hem. nec quicquam certi reſpondes mihi?
Num tibi 54) videtur eſſe apud ſeſe? Sine
Phidippe, puerum mihi cedo. 55) ego alam. PHI. Maxime;
Non mirum 56) eſt 57) *) uxor mea ſi hoc aegre tulit. 58)
Amarae mulieres ſunt. Non facile haec ferunt.
Propterea haec ira eſt. 59) Nam ipſa narravit mihi. 60)
Id ego hoc praeſente tibi nolueram *) dicere
Neque illi 61) credebam primo, nunc vero palam eſt.
Nam omnino abhorrere 62) animum huic video a nuptiis.

47) dic 48) dicendi 49) *puer* 50) ſecum 51) ſiquidem 52) proficio in mea ratione 53) nutrient me non iubente 54) o Phidippe 55) concede 56) multum 57) al. fecit *) *edit.* fecit 58) ineptias iſtius et duritiam 59) quia tam durus eſt Pamphilus 60) uxor mea *) *edit.* nolebam *improb. Bentl.* 61) uxori 62) ſeparare.

78. *de matre videro*] hoc loquendi modo ſignificamus, nondum nobis conſtitutum ac certum eſſe, quod aliqua de re ſentiamus.

80. *concludit*] i. e. premit, urget. Quinctil. declam 14. p. 298. ubi v. Schulting.

88. *Amarae ſunt*] i. e. iraſcuntur, infenſae ſunt. Seneca

LA. Quid ergo agam Phidippe, quid das conſilii?
PH. Quid agas? Meretricem hanc [63]) primum adeundam cenſeo.
Oremus, accuſemus, gravius *) denique
Minitemur, ſi cum illo [64]) habuerit rem poſtea. [65])
LA. Faciam ut mones; eho puer curre ad Bachidem hanc
Vicinam noſtram, huc evoca verbis meis.
Et te oro [66]) porro in hac re adiutor ſis mihi.
PH. Ah. Iam dudum dixi, idemque nunc dico Lache, [67])
Manere affinitatem hanc inter nos volo,
Si ullo modo eſt ut poſſit *) quod ſpero fore.
Sed visne adeſſe me una, dum iſtam [68]) convenis?
LA. Immo abi, aliquam puero nutricem para.

(Actus V. Scena I. BACCHIS. LACHES. [69])

BACCHIS. Non hoc de nihilo [70]) eſt, quod Laches me nunc conventam eſſe expetit.
Nec pol me multum fallit, quin [71]) quod ſuſpicor ſit quod velit.

63) Bachidem *) *edit. diſting. poſt* gravius *improb. Bentl.* 64) Pamphilo 65) dehinc 66) o Phidippe 67) o Lache *) *edit. diſting. poſt* poſſit 68) Bachidem 69) *eadem manu quae notam* 26. *p.* 140. *exſcripſit* V (actus) de inventa veritate et mitigatione totius rei 70) ſine cauſa 71) ut non.

---

de ira I. 4. *quaedum irae in verborum maledictorumque amaritudinem effuſae.*

98. *verbis meis*] i. e. nomine meo. Cic. ad Div. IX. 6. *Caninius me tuis verbis admonuit.* v. Cort. ad Salluſt. in Iug. c. 21.

101. *manere*] i. e. firmam perpetuam eſſe, nam *manere* ſignificat perſeverantiam- Virg. Aen. I. 26.

Act. V. Scen. I.

1. *de nihilo*] i. e. ſine cauſa. Prop. II. 13. 52. *nec ſic de nihilo fulminis ira cadit.* Liv. XXX. 29. *Hannibal maxime hoſtis fiducia quae non de nihilo concepta eſt perculſus.*

LA. Videndum eſt ne minus propter iram hanc impetrem 72) quam poſſim,
Aut ne quid faciam 73) plus, quod me poſt minus feciſſe ſatius ſit.
Aggrediar; 74) Bachis ſalve. BA. Salve Laches. LA. Credo edepol, te
Non nihil 75) mirari Bachis, quid ſit quapropter te huc foras puerum evocare iuſſi.
BA. Ego pol quoque etiam timida ſum, cum venit mihi in mentem quae ſim. 76)
Ne nomen 77) *) quaeſtus obſtet. Nam mores facile tutor. 78)
LA. Si vera dicis 79) nihil tibi eſt a me pericli mulier.
Nam iam aetate ea ſum, ut non ſiet peccato mihi 80) ignoſci aequum. 81)
Quo magis 82) res omnes cautius ne temere faciam accuro. 83)
Nam ſi id nunc *) facis, facturave es, bonas quod par 84) eſt facere, inſcitum 85)

72) a Bachide 73) modo 74) illam 75) ſed aliquid 76) meretrix 77) mihi meretricis *) *edit. add.* mihi 78) diſpono 79) quod tu mores bonos habeas 80) a me 81) dignum 82) quapropter 83) provideo *) *edit. omitt.* nunc *improb. Bentl.* 84) dignum 85) ſtultum.

---

4. *ne quid plus faciam*] i. e. ne durius cum ea agam, quod poſt me feciſſe poeniteat.

8. *mores facile tutor*] i. e. mores mei ſunt eiusmodi, ut facile eos defendere poſſim, in moribus meis nihil reprehendi poteſt.

10. *ut non ſit peccato ignoſci aequum*] in hoc loco explicando Donatus et alii multum tricantur. *Peccato* per ablativum, quem Grammatici abſolutum vocant, dicitur: cum peccatum fuerat. Simillima eſt ratio Ciceroniana agrar. II. 2. *cui errato nulla venia, recte facto, exigua laus proponitur.* v. Perizon. ad S. Minerv. IV. 4. Nota 86. p. 619.

11. *magis cautius*] *magis* ſaepe per pleonasmum iungitur comparativo. Virgil. in Culice v. 78. ubi v. Scalig. Liv. IX. 7. *triſtior ignominioſae pacis magis quam periculi nuncius fuit* ubi v. Drakenb.

12. *inſcitum*] i. e. ſtolidum.

Offerre 86) iniuriam tibi me 87) *) inmerenti iniquum eſt.
BA. Eſt magna ecaſtor gratia 88) de iſtac re quam tibi habeam. 89)
Nam qui poſt factam iniuriam ſe expurget, parum mihi proſit. 90)
Sed quid iſtuc eſt? 91) LA. Meum receptas filium ad te Pamphilum. 92) BA. Ah.
LA. Sine dicam. Uxorem priusquam hanc duxit, voſtrum 93) amorem pertuli.
Mane. Nondum etiam dixi id quod volui. hic nunc uxorem habet.
Quaere alium tibi firmiorem amicum dum tempus conſulendi eſt.
Nam neque ille hoc animo erit, 94) neque pol tu eadem iſtac aetate. 95)
BA. Quis id ait? LA. Socrus. BA. Mene? 96) LA. Te ipſam, et filiam abduxit ſuam,
Puerumque ob eam rem clam voluit natus qui eſt extinguere.
BA. Aliud ſi ſcirem qui 97) firmare meam apud vos poſſem fidem
Sanctius quam iusiurandum, id pollicerer tibi Laches, 98)

86) inferre 87) deeſt et *) *edit. diſting. poſt* me 88) quod me tam leniter alloqueris 89) referam 90) prodeſt 91) quod me exire iuſſiſti a domo mea 92) vel? 93) tuum et illius 94) perſeverabit in meretrices 95) iuvenili, ac per hoc quaere tibi virum, qui te non deſerat. 96) hoc dixit agere 97) quomodo 98) o Laches.

14. *eſt magnam gratiam*] Ordo hic eſt: eſt quod habeam tibi magnam gratiam de hac re. v. Bentl. ad h. l.

19. *quaere alium tibi firmiorem*] hoc formulae ſpeciem habes in Phorm. II. 1. 67. Petron. c. 79. *alium eorum quem poſſuas quaere.* ubi v. Burmann. p. 510.

24. *Sanctius*] i. e. religioſius. Liv. X. 23. *ut haec ara quam illa ſi quid poteſt ſanctius et a caſtioribus coli dicatur* ubi v. Drakenb. infra V. 2. 5. *dejera perſancte.*

Me ſegregatum habuiſſe uxorem ut 99) duxit a me Pamphilum.
LA. Lepida [1]) es. Sed ſcin, quid volo potius ſodes [2]) facias? BA. Quid vis, cedo. [3])
LA. Eas ad mulieres huc intro, atque iſtuc iusiurandum idem
Polliceare illis. Exple animum hiis, 4) teque hoc crimine expedi.
BA. Faciam. quod 5) pol ſi eſſet alia ex hoc quaeſtu 6) haud faceret ſcio,
Ut de tali cauſa nuptae mulieri ſe oſtenderet.
Sed nolo eſſe fama falſa gnatum ſuſpectum tuum
Nec leviorem 7) vobis quibus eſt minime aequum viderier
Inmerito. Nam meritus de me eſt, quod queam illi ut commodem.
LA. Facilem 8) benivolumque lingua tua iam tibi me reddidit.
Nam non ſunt, ſolae arbitratae hae. Ego quoque etiam hoc *) credidi.
Nunc cum ego te eſſe praeter noſtram opinionem 9) comperi

99) poſtquam 1) iocunda 2) *ſuperſcriptum tanquam pars textus* ut 3) dic 4) ſatis fac animo illarum 5) o quod. *Omiſſum eſſe videtur poſt* o, Laches *quem alloquitur.* 6) meretricis 7) volo viliorem Pamphilum 8) lenem *) *edit. omitt.* hoc *improb. Bentl.* 9) aliter quam te opinaremur in tua ut perſeveres promiſſione.

---

25. *Me ſegregatum habuiſſe*] i. e. me ſegregaſſe, quam loquendi formulam paulo ante explicuimus.

29. *alia ex hoc quaeſtu*] i. e. alia ex illarum numero, quae quaeſtum corpore faciunt ſive alia meretrix. Elegans vis eſt praepoſitionis *ex*. Cic. pro Mur. c. 36. *facit eodem ex ſtudio vir eruditus* ubi v. Graev. Petron. c. 83. *ex hac nota literatorum eſſe, quos odiſſe divites ſolent.*

32. *leviorem*] *levis* et *levitas* dicuntur de omnibus vehementibus et inanibus cupiditatibus, propterea quod in illis nulla gravitas v. Erneſt. in clave Ciceron. hac voce.

Fac eadem ut ſis porro, noſtra utere amiticia ut voles.
Aliter ſi facias. [10]) Sed reprimam me ne aegre quicquam ex me audias.
Verum hoc te moneo [10a]) unum, qualis ſim amicus, aut quid poſſiem
Potius quam inimicus periclum [11]) facias.

(Actus V. Scena II. PHIDIPPUS. LACHES. BACCHIS.)

PHIDIPPUS. [12]) Nihil apud me tibi
Defieri [13]) patiar, quin quod opus ſit benigne praebeatur.
Sed cum tu ſatura atque ebria eris, puer ut ſatur ſit facito.
LA. Noſter ſocer [14]) venit video, puero nutricem adduxit.
Phidippe [15]) Bachis deierat [16]) perſancte. PH. Haecine [17]) ea eſt? LA. Haec eſt.
PH. Nec pol iſtae [18]) metuunt Deos, nec has reſpicere Deos opinor.

10) ſcilicet affligeris et eſt ellipſis 10a) *poſt moneo* vel. 11) probationem 12) Phidippus nutricem alloquitur pueruli Philumenae 13) deeſſe 14) Phidippus 15) o Phidippe 16) iurat 17) nunquid 18) tales.

38. *ne aegre quicquam ex me audias*] i. e. ne quicquam audias, quod aegre tibi ſit.

Act. V. Scen. 2.

2. *benigne praebeatur*] i. e. large. v. Horat. Carm. I. 17. 15. *copia manabit ad plenum benigno cornu* et ibi Lambin. contra *maligne* eſt *parce*.

3. *cum ebria eris*] h. e. cum ad ſatietatem usque biberis. *Ebrius* non ſemper de temulentia dicitur, ſed etiam de eo, quod multum vel nimium eſt. Plaut. in Captiv. I. 1. 35. *unde ſaturitate ſaepe ego exii ebrius.*

5. *dejerat perſancte*] i. e. religioſiſſime. v. Sueton. in Tito c. 10. *perſancte Domitia iurabat.*

BA. Ancillas dedo quolibet 19) *) cruciatu per me exquire.
Licet **) haec res hic agitur. Pamphilo me facere ut redeat uxor
Oportet. Quod ſi perficio, non poenitet me famae.
Solam feciſſe id quod aliae meretrices 20) facere fugitant.
LA. Phidippe, 21) noſtras mulieres ſuſpectas fuiſſe falſo
Nobis in re ipſa invenimus, porro hanc 22) nunc experiamur.
Nam ſi compererit crimini tua ſe uxor falſo credidiſſe,
Miſſam iram faciet. Sin autem eſt ob eam rem iratus gnatus
Quod pepererit *) uxor clam, id leve eſt. Cito ab eo haec ira abſcedet,
Profecto in hac re nihil mali eſt quod ſit diſcidio dignum.
PHI. Velim quidem hercle. LA. Exquire adeſt; quod ſatis ſit 23) faciet ipſa.
BA. Faciam. *) PHI. Quid mi iſtaec narras? an quia non tute ipſe dudum audiſti

19) quo lubet *) *edit.* quo lubet **) *edit. om.* licet *prob. Bentl.* 20) ut ſuis amatoribus uxores concilient 21) o Phidippe 22) Bachidem *) *edit. et Bentl.* peperit 23) faciat ei ſatis *) *edit. om.*

---

7. *Ancillas dedo*] ſcilicet quaeſtioni.

9. *non poenitet me famae*] i. e. contenta ero fama mea, ſatis magnum nomen mihi paravero. Hoc loquendi genus ſupra illuſtravimus.

12. *hanc experiamur*] i. e. utamur opera eius, ut bene explicat Donatus. Plaut. in Mercat. IV. 4. 29. *vin me experirier.*

13. *crimini falſo*] meliores libri recte omittunt *falſo.* Nam crimen per ſe habet notionem falſi. v. Donat. et Bentl. ad h. l. Ponitur enim *crimen* pro criminatione. Nepos in Epamin. c. 3. *cum criminibus adverſariorum omnes in invidiam veniſſent.* v. Drakenb. ad Liv. VI. 15.

17. *quod ſatis ſit*] ſcilicet ad purgationem.

De hac re animus meus ut [24] ſit Laches? Illis [25] modo exple animum.
LA. Quaeſo edepol Bachis, quod mihi es pollicita tute ut ſerves [26])
BA. Ob eam rem vis ergo [27]) introeam? LA. I, i, atque exple animum hiis ut credant.
BA. Eo, etſi [28]) ſcio pol hiis [29]) fore meum conſpectum inviſum hodie.
Nam nupta [30]) meretrici hoſtis eſt a viro ubi ſegregata eſt.
LA. At hae amicae [31]) erunt, ubi quamobrem adveneris reſciſcent. [32])
At easdem amicas [33]) fore tibi promitto rem ubi cognoverint *)
Nullam, **) illas errore, et ſimul te ſuſpicione exſolves.
BA. Perii. Pudet Philumenae; [34]) me ſequimini [35]) intro huc ambae.
LA. Quid eſt quod mihi malim, quam quod huic [36]) intelligo evenire,
Ut gratiam ineat [37]) ſine ſuo diſpendio [58]) et mihi proſit? [39])
Nam ſi eſt ut haec [40]) nunc Pamphilum vere ab ſe ſegregarit,
Scit ſibi nobilitatem ex eo, et rem natam [41]) et gloriam eſſe,

24) quomodo 25) matri et filiae 26) expurges 27) *ſuperſcriptum* ut 28) licet 29) mulieribus 30) uxor 31) Myrrhina et Philumena tibi 32) conſenſerint 33) matrem et filiam *) *edit. diſting.* **) *edit.* Nam *ſine diſtinct.* 34) alii. 35) *ſuperſcriptum* me 36) Bachidi 37) cum matre et filia 38) dampno 39) conciliando illam 40) Bachis 41) familiaritatem.

---

27. *pudet Philumenae*] i. e. pudet, me conſpici a Philumena.

28. *quod mihi eſt*] ſenſus loci hic eſt: Idem mihi evenire velim, quod Bacchidi evenit, ut amicos mihi parem ſine damno meo, et ſimul aliis proſim. Si haec ita capiantur, neſcio, an opus ſit Bentleii correctione.

31. *nobilitatem*] i. e. famam.

Referetque gratiam ei, unaque 42) nos ſibi opera 42 a) amicos iunget.

(Actus V. Scena III. PARMENO. BACCHIS.)

PARMENO 43) Edepol ne 44) meam erus eſſe operam deputat parvi pretii,
Qui ob rem nullam miſit fruſtra, ubi totum deſedi diem 45)
Myconium hoſpitem dum expecto in arce Callidemidem?
Itaque ineptus hodie dum illic ſedeo ut quisque venerat 46)
Accedebam, 47) adoleſcens 48) dic dum 49) quaeſo es tu Myconius?
Non ſum. At Callidemides? Non, hoſpitem ecquem Pamphilum 50)
Hic habes? Omnes negabant; neque eum quenquam eſſe arbitror. 51)
Denique hercle iam pudebat; abii. Sed quid Bachidem
Ab noſtro affine 52) exeuntem video? Quid huic 53) hic eſt rei?
BA. Parmeno 54) oportue te offers. propere 55) curre ad Pamphilum.

42) al. quae 42 a) ſtudio 43) Parmeno ſervus dum referens quod fruſtra eum in arcem direxerat Pamphilus, revertitur ſecum dicens 44) nonne 45) per totum diem ſedi 46) pro veniebat 47) dicens 48) o adoleſcens 49) adhuc 50) *mutatum in* Pamphili 51) non puto eum hominem eſſe 52) Phidippo 53) Bachidi 54) o Parmeno 55) velociter.

Cic. pro Arch. c. 11. *in eo ipſo in quo praedicationem nobilitatemque deſpiciunt.* Nepos in Thraſyb. c. 1. *cum eum nemo anteiret virtutibus, multi nobilitate praecurrerunt.*

rem] *res* eſt utilitas, ſicut dicimus: eſt e re mea, eſt in rem meam. *Naſci* eſt *exiſtere.*

Act. V. Scen. 3.

2. *deſedi*] i. e. otioſus fui, nihil egi. Plaut. in Pſeud. IV. 4. 7. *quid tu intus deſediſti tam diu?* Cic. in Piſon. c. 5. *ſedenti,*

PAR. Quid eo? BA. Dic me orare ut veniat. PAR. Ad te? BA. Immo ad Philumenam.
PAR. Quid rei eſt? BA. Tua quod nil refert [56] percontari deſinas. [57]
PAR. Nihil aliud dicam? BA. Etiam, [58] cognoſſe [58a] anulum illum Myrrinam
Gnatae [59] ſuae fuiſſe, quem ipſe olim mihi dederat. PAR. Scio.
Tantumne eſt? BA. Tantum; aderit continuo, hoc ubi ex te audierit.
Sed ceſſas? [60] PAR. Minime equidem. Nam hodie mihi poteſtas haud data eſt,
Ita curſando atque ambulando totum hunc contrivi diem.
BA. [61] Quantam obtuli adventu meo laetitiam Pamphilo hodie?
Quot commodas res attuli? Quot autem ademi curas?
Gnatum ei [62] reſtituo qui pene harum [63] ipſiusque [64] opera periit.
Uxorem quam nunquam eſt poſthac ratus ſe habituram reddo.
Quare [65] ſuſpectus ſuo patri et Phidippo fuit exſolvi. [66]
Hic adeo his rebus anulus fuit initium inveniundis.
Nam memini abhinc menſes decem fere ad me nocte prima [67]

56) quod ad te nil pertinet 57) me 58) dic 58 a) pro cognoviſſe 59) Philumenae 60) ire 61) ſecum 62) Pamphilo 63) matris et uxoris 64) Pamphili 65) de qua re 66) liberavi. 67) prima vigilia noctis.

---

cunctanti, dormienti, in maximo reipublicae motu conſuli. v. Graev. in lectionib. Heſiodeis c. 11.

13. *etiam*] hac particula veteres utuntur, cum illis aliquid praeter illa, quae dixerunt, derepente in mentem venit. Cic. ad Quint. fratr. I. 1. ad Attic. I. 13. *novi tibi quidnam ſcribam? quid? etiam* ubi v. Manut.

24. *nocte prima*] i. e. prima parte noctis, ut ſupra explicuimus.

Confugere 68) anhelantem domum, ſine comite, vini plenum,
Cum hoc anulo. Extimui ilico. Mi 69) Pamphile inquam amabo 70)
Quid es exanimatus obſecro? Aut unde anulum iſtum nactus?
Dic mihi. Ille alias res agere, *) ſe ſimulare. 71) Poſtquam *) video
Neſcio quid ſuſpicarier, **) magis coepi inſtare ut dicat 72) *)
Homo; 73) ſe fatetur vi in via neſcio quam compreſſiſſe,
Dicitque ſe ſe illi annulum dum luctat detraxiſſe,
Eum 74) haec cognovit Myrrina in digito modo me habentem.
Rogat unde ſit, narro 75) omnia haec. Inde eſt cognitio facta
Philumenam eſſe compreſſam ab eo 76) et filium inde hunc natum.
Haec tot propter me gaudia illi contigiſſe laetor.
Etſi hoc meretrices aliae nolunt; neque *) eſt in rem noſtram,
Ut quisquam amator nuptiis 77) laetetur. verum ecaſtor

68) pro confugiſſe 69) o mi 70) blandientis *) *edit. et Bentl. non diſting.* 71) pro ſimulabat *) *edit. add.* id *et interpungit poſt* video *improbante Bentl.* **) *edit. non diſting. poſt* ſuſp. *ſed poſt* coepi, *improb. Bentl.* 72) vel; *) *edit. et Bentl. diſting. hic* 73) Pamphilus *) *edit. et Bentl. non diſting.* 73 a) Pamphilus 74) anulum 75) vel narrat 76) anulo. *Connectit gloſſator* ab eo *cum* cognit. facta eſt *) *edit. add.* enim *prob. Bentl.* 77) de nuptiis illius.

---

27. *es exanimatus*] i. e. anhelas, commotus es, ut vix reſpirare poſſis. *Anima* ſaepe dicitur *anhelitus*. v. not. ad Ad. III. 2. 20. in Andr. I. 4. 7. Caeſ. de B. G. II. 23. *curſu ac laſſitudine exanimatos* ubi [v. Daviſ.

31. *luctat*] antique pro *luctatur*. Sic alibi *relucto* pro *reluctor*. v. Riv. ad h. l. et Voſs. de analog. III. 7.

Nunquam animum quaeſti 78) gratia ad malas adducam partes 79)
Ego, dum illo licitum eſt, uſa ſum benigno et lepido et comi. 80)
Incommode mihi nuptiis evenit factum fateor.
At pol feciſſe me arbitror ne *) merito mihi eveniret.
Multa ex quo fuerint 81) commoda, eius incommoda aequum eſt ferre. 82)

(Actus V. Scena IV: PAMPHILUS. PARMENO. BACCHIS.)

PAMPHILUS. 83) Vide mi Parmeno etiam ſodes, ut mihi haec certa et clara attuleris
Ne me in breve hoc *) coniicias tempus gaudio hoc falſo frui.
PAR. Viſum eſt. 84) PAM. Certene? PAR. Certe. PAM. Deus ſum ſi hoc ita eſt. PAR. Verum repperies.
PAM. Mane dum 85) ſodes. timeo ne aliud credam, atque aliud nunties.

78) lucri 79) ad malarum mulierum partes 80) al. comite *) *edit. et Bentl. add.* id 81) mihi 82) me 83) Parmeno nunc alloquitur Pamphilum de his quae mandaverat ei Bachis *) *edit. om.* hoc 84) mihi quod vera diceret 85) adhuc.

Act. V. Scen. 4.

1. *vide etiam*] idem valet quod apud Ciceronem *vide etiam atque etiam* i. e. valde, magnopere. Plaut. in Moſtell. II. 2. 43. *circumſpice etiam.*

certa et clara] haec verba ex formula iunguntur. Horat. Serm. II. 6. 26. *poſtmodo, quod mihi obſit clare certumque locutus.* Liv. XXII. 39. *omnia non properanti clara certaque erunt.* v. Gronov. ad Senec. de morte Claudii c. 1. et ad Liv. I. 18.

2. *Ne me in breve etc.*] Inſolens loquendi ratio, *coniicere aliquem in breve tempus.* Bentlei. legit *ne me in breve pellicias gaudio hoc falſo frui*, ſed ne haec quidem coniectura difficultatem pellit. Infinitivus *frui* ponitur pro *ad fruendum*, ut ſupra III. 2. 10. *introiit videre.* v. Perizon. ad S. M. IV. 6. p. 673.

3. *Deus ſum*] i. e. felix, beatus ſum. v. notat. ad Andr. V. 5. 4.

PAR. Maneo. PAM. Sic te dixiſſe opinor. Inveniſſe [86]) Myrrinam,
Bachidem anulum ſuum habere. PAR. Factum. PAM. Eum [87]) quem olim ei [88]) dedi.
Eaque [89]) hoc te mihi nuntiare iuſſit. Itane eſt factum? PAR. Ita inquam.
PAM. Quis me eſt fortunatior, venuſtatisque adeo plenior?
Egone pro hoc te nuntio quid donem? qui, *) quid, neſcio.
PAR. At ego ſcio. PAM. quid? PAR. Nihil enim.
Nam neque in nuntio, [90]) neque in me ipſo tibi quid ſit boni ſcio.
PAM. Egon qui ab orco [91]) mortuum me reducem in lucem feceris
Sinam ſine munere a me abire? Ah. Nimium me ingratum putas.
Sed Bachidem eccam video ſtare ante oſtium.
Me expectat credo; adibo. BA. Salve Pamphile.
PAM. O Bachis. O mea Bachis. ſervatrix mea.
BA. Bene factum et volupe eſt. [92]) PAM. Factis [93]) ut credam facis,
Antiquamque adeo [94]) tuam venuſtatem obtines?

86) modo 87) anulum 88) Bachidi 89) Bachis *) *edit. et Bentl.* quid 90) in ea re unde nuntiavi 91) inferno 92) ominoſum et bono augurio 93) tuis 94) certe.

---

7. *Eaque iuſſit*] notanda eſt orationis infinitae in finitam mutatio optimis quibusque ſcriptoribus uſurpata. Oratio pendet a verbo *dixiſſe*.

8. *venuſtatis plenior*] i. e. felicior. *Venuſtatem* exquiſite de felicitate dici ad Andr. I. 5. 10. oſtendimus

12. *ab orco etc.*] h. e. qui me e ſummis anguſtiis eripueris. Idem proverbium eſt apud Ovid. Triſt. V. 9. 19. *ſeminecem ſtygia revocaſti ſolus ab unda.* Similiter Florus II. 6. 295. *interim reſpirare Romanus et quaſi ab inferis emergere* ubi v. quos laudat Duker. p. 317.

17. *factis*] i. e. re ipſa. Plaut. in Bachid. IV. 4. 53. *quid mihi refert Chryſalo eſſe nomen, niſi factis probo.*

18. *venuſtatem*] i. e. elegantium morum. Cic. pro Archia

Ut voluptati [95] obitus, [96] sermo, adventus tuus quocunque adveneris
Semper sit. BA. At [*] tu ecaſtor morem antiquum atque ingenium obtines,
Ut unus hominum homo te vivat nunquam quisquam blandior. [97]
PAM. Ha. ha. he. Tun mihi iſtuc? [98] BA. Recte amaſti Pamphile uxorem tuam.
Nam nunquam ante hunc diem meis oculis eam quod noſſem videram.
Perliberalis [99] viſa eſt. PAM. Dic verum? [1] BA. Ita me Di ament Pamphile.
PAM. Dic mihi harum rerum nunquid [2] dixiſti iam patri? BA. Nihil. PAM. Neque opus eſt
Adeo; [*] muttito [3] BA. Placet non fieri hoc itidem [4] ut in comoediis. [5]
Omnia omnes ubi reſciſcunt; hi [*] quos par [5a] fuerat ſciſcere [*]
Sciunt. Quos non autem eſt aequum ſcire, neque reſciſcent neque ſcient,
Immo etiam qui [6] hoc occultari facilius credas dabo [6a]

95) delectationi 96) occurſus [*]) *edit.* ac 97) ſuavior 98) nuntias 99) honeſtiſſima 1) pro dicis. vel; 2) aliquid [*]) *edit. diſting. poſt* eſt 3) muta eſto 4) ſimiliter 5) in commeſſationibus. [*]) *edit.* hic *prob. Bentl.* 5a) dignum [*]) *edit.* reſciſcere 6) quomodo 6a) dicam.

---

c. 12. *quem amicorum videtis comprobari tum dignitate tum etiam venuſtate* [Variant tamen ad h. v. codices v. Erneſt.]

19. *obitus*] *obitus* eſt quem caſus offert, *adventus* quem voluntas. Sic diſtinguit Donatus. Sic *obire* apud Lucret. I. 223. *donec vis obiit quae res diverberet ictu* et 248. *vis obeat pro textura cuiusque reperta* ubi v. Lambin.

20. *morem antiquum atque ingenium obtines*] in his pleonasmum notat Ruſinianus de Schemat. iunctum Rutilio Lupo p. 257.

25. *neque opus eſt adeo muttito*] i. e. ne tenui quidem dicto opus eſt, ut bene Donat. *Mutire* quid ſit ad Andr. III. 2. 25. explicuimus.

27. *quos par fuerat reſciſcere*] i. e. quorum intererat reſciſcere.

Myrrina ita Phidippo dixit. Iure iurando 7) meo
Se fidem habuiſſe, 8) et propterea te ſibi purgatum. PAM. Optume eſt;
Speroque hanc rem eſſe venturam nobis ex ſententia. 9)
PAR. Ere, licetne me *) ſcire ex te 10) hodie quid ſit quod feci boni, 11)
Aut quid iſtuc eſt, quod vos agitis? PAM. Non licet. PAR. Tamen ſuſpicor.
Egon hunc ab orco mortuum 12) quo pacto? PAM. Neſcis Parmeno
Quantum profueris mihi hodie et ex quanta aerumna extraxeris.
PAR. Immo vero ſcio, nec hoc imprudens feci. PAM. Ego iſtuc ſatis ſcio.
PAR. An temere quicquam Parmenonem 13) praetereat, quod facto uſus 14) ſiet?
PAM. Sequere me intro Parmeno. PAR. Sequor equidem; *) plus hodie boni
Feci imprudens, quam ſciens ante hunc diem unquam. ω. PLAUDITE.

P. TERENTII AFRI EXPLICIT HECYRA. *)

7) in iureiurando. 8) credidiſſe 9) ex voto *) *edit. omitt.* me *prob. Bentl.* 10) per te 11) nuntiavi 12) reddet 13) me 14) opus *) *edit. diſting. poſt* ſequor *) *edit.* CALLIOPIUS RECENSUI.

---

38. *An temere quicquam Parmeno praetereat*] Duplex huius loci ſcriptura eſt, unde duplex etiam ſenſus naſcitur. Si legatur *an temere quicquam Parmenonem praetereat*, ſenſus eſt: an Parmeno aliquid ignoret, an Parmenoni aliquid occultum ſit. Cic. ad Div. I. 6. *ſed te non praeterit quam ſit difficile*. Columella in praef. l. 1. de re ruſt. *non me praeterit*. Sin legatur *an temere quicquam Parmeno praetereat*, ſenſus eſt, an Parmeno quicquam omittat quod utile factum ſit. Sed quocunque modo legatur, hic verſus nec Parmenoni nec Pamphilo tribuendus eſt, ſed Bachidi, quae et ipſa Parmenonem ridet. v. Bentl. ad h. l.

P H O R M I O.

ARGUMENTUM IN PHORMIONE.

Eſt C. Sulpitii Apollin. periocha in Terent. Phormionem quam vide in edit. Zeun. T. II. p. 399.

Chremetis frater aberat peregre Demipho,
Relicto Athenis Antiphone filio.
Chremes clam habebat Lemni uxorem ac *) filiam,
Athenis aliam coniugem et amantem unice [1])
Gnatum fidicinam. Mater e Lemno advenit;
Athenis *) moritur. [2]) Virgo ſola; [3]) aberat Chremes,
Funus procurat. [4]) Ibi eam viſam Antipho [5])
Cum amaret opera paraſiti [6]) uxorem accipit.
Pater [7]) et Chremes reverſi fremere; [8]) dein minas
Trigintadant paraſito, [9]) ut illam coniugem
Haberet ipſe. Argento hoc emitur fidicina.
Uxorem [10]) retinet Antipho, a patruo agnitam.

*) *ed.* et 1) ſingulariter *) *edit.* Athenas *cum diſtinct.* 2) ipſa mater, 3) remanet *edit. non diſting.* 4) virgo prout potuit 5) filius Demiphonis 6) Phormionis 7) eius Demipho 8) pro fremebant indignabantur 9) Phormioni 10) filiam patrui.

PROLOGUS.

Poſtquam Poeta vetus [11]) poetam [12]) non poteſt
Retrahere a ſtudio [13]) et tradere hominem in otium, [14])
Maledictis deterrere ne ſcribat parat. [15])
Qui [16]) ita dictitat, [17]) quas ante hac [18]) fecit [19]) fabulas
Tenui eſſe oratione et ſcriptura levi, [20])
Quia nusquam inſanum ſcipſit adoleſcentulum, [21])
Cervam videre fugere [22]) et ſectari canes,
Et eam [23]) plorare, orare [24]) ut ſubveniat ſibi.
Quod ſi intelligeret, [25]) cum ſtetit olim, [26]) nova *)

11) maledicus 12) Terentium 13) componendi 14) ut relicto ſtudio carminum otioſus maneat 15) maledicus poeta 16) poeta vetus 17) frequenter reprehendit; yronicos loquitur 18) hactenus 19) novus poeta 20) contemptibili 21) haec in quorundam fabulis continentur 22) fugientem 23) cervam 24) perſecutorem 25) maledicus poeta quomodo in populo ipſe celebris non propter ſe, ſed propter ſuum recitatorem extiterit 26) ipſe invidus *) *edit. diſting. poſt* nova.

2. *Retrahere a ſtudio*] h. e. revocare. Cic. pro Sextio c. 15. *cum duo conſules a republica provinciarum foedere retraxiſſet.* v. Graev. ad auctor. ad Herenn. III. 7.

transdere hominem in otium] h. e. efficere ut ſe tradat otio, ſtudio fabularum ſcribendarum. *Transdere* ut ſonantius veteres dicebant pro *tradere.* Sic *transducere*, pro *traducere*, *transnare* pro *tranare*, *transiicere* pro *traiicere*. v. Riv. ad h. l. et Cort. ad Salluſt. Iug. c. 11.

7. *videre*] h. e. putare per inſaniam ſe videre. Plaut. in Sticho II. 2. 50. *quas tu vides colubras.* Virgil. Aen. IV. 469. *Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus.* Sic Longin. de ſublimit. c. 15. εἶδεν ἐριννυας.

Actoris 27) opera 28) magis ſtetiſſe quam ſua,
Minus multo audacter quam nunc laedit 28 a) laederet,
Et magis placerent quas feciſſet 29) fabulas.
Nunc ſi quis eſt 30) qui hoc dicat aut ſic cogitet,
Vetus 31) poeta ſi non laceſſiſſet 32) prior
Nullum invenire prologum potuiſſet novus 33)
Quem diceret. *) Is 34) ſibi reſponſum hoc habeat. In medio 35) omnibus
Palmam 36) eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam.
Ille 37) ad famen 38) hunc 39) ab ſtudio ſtuduit reicere.
Hic 40) reſpondere voluit 41) non laceſſere.
Benedictis 42) ſi certaſſet, 43) audiſſet bene.
Quod allatum ab ipſo 44) eſt, ibi *) eſſe id 45) relatum putet.

27) recitatoris ſui 28) novo labore vel honore 28 a) novum poetam detrahendo illi 29) novus poeta 30) inimicus 31) uetus ſi 32) provocaſſet novum 33) Terentius prologum *) *edit. add.* niſi haberet cui malediceret. *Verba haec ſequentibus tanquam gloſſa ſuperſcripta ſunt* 34) maledicus 35) in publico vel in indifferenti, quoniam poetae boni indifferentes dicuntur, laudentur an vituperentur 36) victoriam laudis 37) vetus 38) otium carminis 39) novum 40) novus 41) malis 42) bonis verbis prolatis 43) maledicus 44) maledico *) *edit. et Bentl.* ſibi 45) a novo.

---

11. *minus multa audacter*] Multae editiones habent *minus multo audacior* etc. Sed certior lectio haec eſt *minus multo audacter quam nunc laedit, laederet.* Duker. ad Liv. XXII. 25. Sequens verſus *et magis placerent quas feciſſet fabulas* huc inculcatus eſt ex Andr. prol. v. 3. quem Bentlei. merito eiecit.

17. *in medio omnium palmam eſſe poſitam*] i. e. omnibus licere de victoria contendere. Plin. Panegyr. c. 88. *Iuſtisne de cauſis S. P. Q. R. optimi tibi cognomen adiecit? Paratum id quidem et in medio poſitum, novum tamen* ubi v. Schwarz. Seneca in Thyeſte v. 203. *in medio eſt ſcelus poſitum occupanti.* Solebant autem certaminis praemia ante oculos omnium proponi. Virgil. Aen. V. 109. *munera principio ante oculos circoque locantur In medio.*

De illo [46] iam finem faciam dicundi mihi,
Peccandi [47] cum ipſe de ſe finem non facit.
Nunc quid velim animum attendite. [48] Apporto novam
Epidicazomenon quam vocant comoediam
Graeci, Latini Phormionem nominant,
Quia primas [49] partes [50] qui agit, is erit Phormio
Paraſitus, per quem res geretur [*] maxime.
Voluntas veſtra ſi ad poetam acceſſerit,
Date operam, [51] adeſte [52] aequo animo per ſilentium.
Ne ſimili utamur fortuna [52a] atque [53] uſi ſumus, [54]
Cum per tumultum [55] noſter grex [56] motus loco [56a] eſt,
Quem [57] actoris [58] virtus nobis reſtituit locum,
Bonitasque veſtra adiutans, atque aequanimitas. [59]

46) maledico 47) quia ſemper maledicit 48) animadvertite 49) praecipuas 50) iſtius fabulae *) *edit.* agetur *improb. Bentl.* 51) audiendi 52) pro adeſtote 52 a) ne ſimiliter impediamur in iſta ſicut in Ecyra 53) qua 54) tunc 55) ſcilicet ludorum 56) multitudo populi 56 a) a loco 57) locum 58) recitatoris 59) veſtra.

---

26. *Epidicazomenon*] Bentlei. veriſſime emendat Epidicazomenen. ἐπίδικος a Graecis dicitur virgo orba, de qua lis eſt, cui debeat in matrimonium locari. v. Harpocrat. in hac voce. ἐπιδικαζομένη virgo, de qua iudicium factum eſt.

30. *Voluntas*] i. e. favor. Cic. ad Div. IV. 13. *vulgi voluntas vel potius conſenſus omnium* Nep. in Thraſyb. c. 4. *quae et mei animi aequitatem et veſtram voluntatem indicent.*

33. *motus loco eſt*] i. e. expulſus, eiectus. Sic Cicero dicit *moveri poſſeſſionibus, moveri ex agro.* v. Duker. ad Flor. III. 14. p. 618. *eorum quos agris moverat.*

(Actus I. Scena I. DAVUS.)

DAVUS. 60) Amicus ſummus meus et popularis 61) Geta
Heri ad me venit. Erat ei de ratiuncula
Iam pridem apud me reliquum pauxillulum
Nummorum, id ut conficerem. 62) Confeci, affero.
Nam herilem filium eius duxiſſe audio
Uxorem. ei 63) credo munus hoc conraditur.
Quam inique comparatum 64) eſt? hii qui minus habent,
Ut ſemper aliquid addant divitioribus.
Quod ille 65) unciatim 66) vix de demenſo 67) ſuo,
Suum defraudans 68) *) genium 69) conſparſit 70) *) miſer

60) Condolebat Davus nummularius Getae, qui ſibi argentum dederat ad percutiendum, quod minutatim ſibi ipſe Geta congregaverat et cogebatur tunc expendere in nuptiis filii domini ſui 61) populo gratus 62) conflarem 63) filio domini coadunatur ut poſſit expendere in dotem 64) collatum 65) Geta 66) minutatim et paulatim 67) de eo quod ſibi demendo diminuerat parce vivendo 68) al. defrudans *) *edit. et Bentl.* defrudans 69) voluptatem 70) al. comparſit. vix parcendo ſibi congregavit *) *edit.* comparſit. *Bentl.* conperſit.

Act. I. Scen. I.

7. *comparatum eſt*] i. e. inſtitutum eſt. Cic. pro Roſcio Amer. c. 36. *more maiorum comparatum eſt ut in minimis rebus homines ampliſſimi teſtimonium de ſua re non dicerent,* pro Quint. c. 16. *praetores ut conſiderate fieret, comparaverunt.*

8. *addant*] pro dent, Virgil. Aen. V. 249. *ipſis praecipuos ductoribus addit honores.*

9. *unciatim*] i. e. per uncias atque adeo per minimas partes et ſummulas.

demenſo] *demenſum,* ſubintellecta voce *frumentum* eſt certus modus frumenti, quod domini ſervis ſingulis menſibus admetiebantur. v. Riv. in h. l. ἁρμαλιην vocat Heſiodus in Εργ. v. 767.

10. *defrudans*] ſic antiquo more e Mſſ. ſcribendum non *defraudans. Fraudare et defraudare* proprie eſt per fraudem privare, ſed ſaepe ſimpliciter dicitur pro *privare.* Veteres quoties hilarius et lautius ſe excipiebant, toties putabant ſe genium

Id illa 72) univerſum arripiet 73) haud exiſtumans 74)
Quanto labore partum. 75) Porro autem Geta
Ferietur 76) alio munere, ubi era pepererit,
Porro alio 77) autem, ubi erit puero natalis dies,
Ubi initiabunt,, 78) omne hoc mater auferet.
Puer cauſa erit mittundi. 80) Sed videon Getam?

(Actus I. Scena II. GETA. DAVUS.)

GETA. 81) Si quis me quaeret 82) ruſus. DAV.
Praeſto eſt, deſine. GE. Oh.

72) uxor filii domini ſui 73) in ſuos uſus conſumet 74) non recogitans 75) cum quanto labore adquiſitum ſit quod ipſa libidinoſe expendet 76) damnabitur 77) munere 78) initia pueri facient. Initiabunt i. e. conſecrabunt illum Diis 80) iſtud argentum 81) Egrediens Geta a domo ut ad Davum ruſum argentum repoſceret, dicebat ſuis. Sed ſubito ipſe Davus advenit 82) dicite quia (quod) ad illum ivi.

---

placare, curare, genio indulgere. v. Caſaub. ad Perſ. Satyr. V. 151. contra qui parcius vivebant, nunquam hilaritati indulgebant, ſe genium defraudare exiſtimabant Plaut. in Aulul. IV. 9. 14. *egomet me defraudaveram.* Terentium imitatur Livius II. 10. *in magna inopia pro domeſticis copiis unusquisque ei aliquid, fraudans ſe ipſe victu ſuo, contulit.* V. 47. *ſe quisque victu ſuo fraudans, detractum corpori atque uſibus neceſſariis ad honorem unius viri conferret.*

comparſit miſer] nempe ut peculium faceret, quod ſaepe ſervi pro libertate dominis numerabant. Seneca ep. 80. *ſervitutem mancipia quoque omni modo exuere conantur. Peculium ſuum, quod comparaverunt ventre fraudato, pro capite numerant.* v. Lipſ. ad Taciti Annal. XIV. 42. interpret. ad Ovid. Amor. I. 8. 63. et ad Petron. c. 75. ed. Burmann. p. 485.

13. *Ferietur*] i. e. mulctabitur. Translatio ducta eſt de ludo gladiatorio. v. Broukhuſ. ad Propert. IV. 5. 44.

15. *initiabunt*] ſcilicet cibo et potu. Inſignis Varronis locus, quem Donatus reſpicit, eſt apud Non. Marcell. p. 108. *cum primo cibo et potione initiarent pueros, ſacrificabant; ab edulibus eduliae, a potione poticae.* Sed poteſt etiam poſt *initiabant* intelligi *ſacris.* Nam Athenienſes liberos Cereri initiabant, quod ut in fabula palliata, magis probat Donatus.

At ego obviam, conabar tibi Dave. 83) DA. Accipe; 84) hem.
Lectum 85) eſt; conveniet numerus quantum debui.
GE. Amo te, et non neglexiſſe habeo gratiam.
DA. Praeſertim ut nunc ſunt mores, 86) adeo 87) res redit.
Si quis quid 88) reddit, magna habenda eſt gratia.
Sed quid tu es triſtis? GE. Egone? Scis 89) *) quo in metu, et
Quanto in periclo ſimus? 90) DA. Quid iſtuc eſt? GE. Scies
Modo 91) ut tacere poſſis. DA. Abi. Sis *) inſciens; 91 a)
Cuius tu fidem 92) in pecunia perſpexeris,
Verere ei verba credere? Ubi 93) quid mihi lucri eſt
Te fallere? GE. Ergo auſculta. DA. Hanc operam tibi dico 94)
GE. Senis noſtri 95) Dave fratrem maiorem Chremen
Noſtin? DA. Quidni. 96) GE. Quid? Eius gnatum Phedrian? 97)
DA. Tanquam te. GE. Evenit ſenibus ambobus ſimul

83) o Dave 84) argentum a me 85) electum 86) perverſi 87) ad id 88) aliquid 89) al. neſcis *) *edit.* et *Bentl.* neſcis 90) vel; 91) tantum *) *edit. et Bentl. diſting. poſt* ſis 91 a) hoc eſſe dictum 92) meam 93) in verbis 94) attribuo 95) Demiphonis 96) vel? *et interrog. edit. et Bentl.* 97) vel Phedriam *et ſic habent edit. et Bentl.*

Act. I. Scen. 2.

2. *conabar*] ſcilicet ire. Conari ſaepe abſolute ponitur. v. Burmann. ad Val. Flaccum IV. 371. *Ignotas iubet ire vias heu multa morantem Conantemque preces incluſaque pectore verba.*

12. *hanc operam tibi dico*] ſcilicet auscultandi. Plaut. in Bachid IV. 9. 72 *aurium operam tibi dico* idem eſt *operam dare* ap. Plaut. in Mil. IV. 1. 7. *Immo omnes res poſteriores pono atque operam do tibi. Loquere.* v. Servium ad Aen. I. 73.

Iter, *) illi [98] in Lemnum [99] ut iſſet, *) noſter in Ciliciam,
Ad hoſpitem [1] antiquum. Is [2] ſenem [3] per epiſtolas
Pellexit, [4] modo [5] non montes auri pollicens.
DA. Cui tanta erat res [6] et ſupererat? [7]
GE. Deſinas; [8] ſic eſt ingenium. [9] DA. O regem me eſſe oportuit. [10]
GE. Abeuntes ambo hinc *) tum ſenes me filiis
Relinquunt quaſi magiſtrum. DA. O Geta provinciam [11]
Cepiſti duram. GE. Mihi uſu [12] *) venit hoc [13] ſcio.
Memini [13a] me relinqui Deo [14] irato meo.
Coepi adverſari [15] primo. Quid verbis opus eſt?
Seni fidelis dum ſum, ſcapulas perdidi. [16]
DA. Venere mihi in mentem iſtaec; namque *) inſcitia eſt

*) *edit. et Bentl. diſting. poſt* ſimul 98) Chremeti 99) iter *) *edit. et Bentl.* eſſet 1) amicum 2) hoſpes 3) Demiphonem 4) ſuaſit 5) tantum 6) ut tanta promitteret 7) ſuperabundabat ſibi 8) cetera promittere 9) ut plurima promittant 10) ut liceret mihi iudicium iudicare aequum *) *edit.* hic *improb. Bentl.* 11) providentiam 12) per uſum *) *edit.* uſus *prob. Bentl.* 13) malum 13a) hac vice quando puerorum curam ſuſcepi 14) a Deo 15) contradicere 16) vapulando quia ipſi adoleſcentes me flagellant. *) *edit.* nam quae *improb. Bentl.*

---

18. *modo non*] i. e. propemodum, fere. Alii ſcriptores dicunt *tantum non*. Plin. in Paneg. c. 23. *gratum quod tantum non ultro clientibus ſalutatis quasdam familiaritatis notas adderes* ubi v. Schwarz.

montes auri]. montes et maria proverbialiter de magnitudine et multitudine dicuntur. Salluſt. in Catil. c. 23. *repente glorians maria monteſque polliceri coepit* ubi v. Cortium.

22. *magiſtrum*] infra II. 1. 4. vocat *monitorem*.

26. *ſcapulas perdidi*] i. e. plagis mulctatus ſum. Plaut. in Epidic. I. 1. 84. *corium perdidi*. Serviles autem plagae maxime ſcapulis imponebantur Plaut. in Caſ. V. 3. 11. *nulla ſalus eſt ſcapulis ſi domum redeo*.

Adverſum ſtimulum calces. [16a]) GE. Coepi his omnia
Facere, obſequi quae vellent. DA. Sciſti uti foro. [17])
GE. Noſter [18]) mali nihil quicquam primo. [19]) hic Phedria [20])
Continuo quandam nactus eſt [21]) puellulam
Cithariſtriam; hanc amare coepit perdite. [22])
Ea ſerviebat lenoni impuriſſimo
Neque quod daretur [23]) quicquam [24]) id curarant [25]) patres.
Reſtabat [26]) nihil aliud niſi oculos [27]) paſcere,
Sectari [28]) in ludum, [29]) *) ducere et reducere.
Nos otioſi operam dabamus [30]) Phedriae.
In quo hoc diſcebat ludo, ex adverſum ei loco

16a) ſtultum eſt ut contra illorum verbera quae tibi adhibent tu increpationes opponas, ut iterum flagelleris 17) bene ſcis rem tuam providere 18) filius 19) coepit 20) filius Chremetis 21) invenit 22) luxurioſe immo ſcelerate 23) meretricibus 24) habebant 25) dimiſerant Chremes et Demipho 26) mihi 27) voluptatibus et ludis 28) proſequi illos vel delectari 29) illorum puerorum *) *edit. diſting. poſt* ſectari 30) conſentiebam illi.

---

28. *advorſus ſtimulum calces*] ſupple verbum *ducere* vel *iactare*. Proverbium dicitur de iis, qui ita repugnant, ut maius inde damnum reportent. Translatum eſt a bobus, mulis, aliisque animalibus acuto ſtilo regi ſolitis, quae, ſi calcem reiiciant, ſemet ipſa gravius laedunt. Plaut. in Trucul IV. 2. 55. *ſi ſtimulos pugnis caedis, manibus plus dolet.*

29. *uti foro*] h. e. utcunque ſe fortuna obtulerit, ita rationes tuas comparare, vel, ut Cicero loquitur, tempori ſervire. Donatus bene docet, metaphoram ductam eſſe a mercatoribus, qui merces vendunt, non quanti volunt, ſed pretio, quod in foro conſtitutum deprehendunt.

35. *oculos paſcere*] i. e. oculos oblectare aſpiciendo. Lucret. II. 419. *oculos qui paſcere poſſunt* ubi v. Lambin. Cic. Philipp. XI. 3. *cum animum ſatiare non poſſet, oculos pavit ſuos* Sueton. in Vitell. c. 14. *ex quibus quendam coram interfici iuſſit, velle ſe dicens paſcere oculos.*

38. *exadverſo*] in aliis editionibus eſt *exadverſum*; Burmanno ad Sueton. in Tiber. c. 33. rectius videtur *ex adverſo* diviſim ſcriptum in quo intelligatur

Tonſtrina [31] erat quaedam; hic ſolebamus fere
Plerumque eam opperiri, [32] dum [33] inde iret domum.
Interea dum ſedemus illic [34] intervenit
Adoleſcens quidam lacrumans; nos mirarier.
Rogamus quid ſit. Nunquam aeque inquit [35] ac modo
Paupertas mihi [36] onus viſum eſt et miſerum et grave.
Modo quandam vidi virginem hinc [*] viciniae,
Miſeram [**] ſuam matrem lamentari mortuam.
Ea [37] ſita erat ex adverſo, [38] neque illi [39] benevolens
Neque notus neque cognatus extra unam aniculam
Quisquam aderat, qui adiuvaret funus. Miſeritum eſt [40].
Virgo ipſa facie egregia. Quid verbis opus eſt?
Commorat [41] omnes nos. Ibi continuo Antipho. [42]
Vultisne eamus viſere? Alius. [43] Cenſeo. [44]
Eamus. Duc nos ſodes. Imus, venimus,
Videmus. virgo pulchra et quo magis diceres. [45]
Nihil erat [*] adiumenti ad pulchritudinem.
Capillus paſſus, [45 a] nudus [46] pes, ipſa horrida,

31) locus ipſe 32) cithariſtriam expectare 33) donec 34) in tonſtrina 35) adoleſcens 36) eſſe *) *edit. et Bentl.* hic **) *edit. diſting. poſt* miſeram 37) virgo 38) funeris 39) puellulae 40) illi a me. Hic ex perſona ſua loquitur Geta 41) commoverat 42) filius Chremis ait 43) reſpondit 44) iudico 45) eam pulchram eſſe vel ammireris *) *edit.* aderat 45 a) expanſus 46) diſſolutus.

---

loco vel ſimile quid. Sed ex *adverſum* tuetur Oudendorp. ad Sueton. Caeſar. c. 39.

47. *ſita erat*] h. e. cadaver eius poſitum erat. Situs tanquam domicilium habet in re funebri.

56. *virgo ipſa horrida*] i. e. virgo tota vel omnino horrida. *Ipſe* de perſonis rarius ſic dicitur, frequentius de tempore. Cic. ad Div. V. 21. *ſolitudinem iucundiorem non eſſe, qua tamen ipſa uti non licet,* in Bruto c. 15.

Lacrumae, veſtitus turpis, ut ni vis boni
Ipſa *) ineſſet forma, haec formam extinguerent.
Ille, [47]) qui illam amabat fidicinam, tantummodo
Satis ſcita [48]) inquit. Noſter [49]) vero. [50]) DAV. Iam ſcio
Amare coepit. GE. Scin quam? [51]) quo evadat, [52]) vide.
Poſtridie [52 a]) ad anum recta [53]) pergit, [53 a]) obſecrat,
Ut ſibi eius [54]) faciat copiam. Illa [55]) enim ſe negat, [56])
Neque eum aequum facere; [57]) ait illam civem eſſe Atticam,
Bonam bonis prognatam. [58]) Si uxorem velit,
Lege [59]) id licere facere. Sin aliter, negat.
Noſter [59 a]) quid ageret, neſcire, [60]) et illam ducere
Cupiebat, et metuebat abſentem patrem.
DA. Non ſi rediiſſet ei pater, veniam daret?

*) *edit. et Bentl.* in ipſa et *vox* in *ſuperſcr. tanquam gloſſa* 47) Phedria 48) formoſa eſt puella 49) Antipho 50) interruptio 51) coepit amare 52) quo tendat res 52 a) poſtera die 53) pro recte 53 a) Antipho 54) puellae 55) anus 56) facturam 57) ut eam violaret *) *edit. et Bentl. diſting. poſt* ait 58) progenitam 59) legitime 59 a) Antipho 60) neſciebat.

---

57. *vis boni*] i. e. excellentia, praeſtantia pulchritudinis ut *vis aeris* pro magno aere, *vis ſaxorum* pro multis ſaxis. *Bonum* eſt pulchritudo. Catull. carm. XV. 10. *infeſto pueris bonis malisque* Horat. Carm. IV. 1. 3. *qualis eram bonae ſub regno Cinarae.* Ovid. Amor. III. 2, 27. *invida veſtis eras quae tam bona crura tegebas.* Ut *bonus*, *formoſus*, ſic *malus* eſt deformis, ut ex Catulli exemplo apparet.

64. *neque eum aequum ait facere*] h. e. et ait eum non facere aequum. Sic ſaepe diſſolvendum *nec* vel *neque*.

65. *ſi uxorem velit*] Perenonius Animadverſ. I. 9. interpungit poſt vocem *lege* ut iungatur *uxor lege* quemadmodum apud Graecos γαμετη νομον, quam diſtinctionem probat Burmannus ad Calpurnii Flacci declamat. c. 23. Sed ad ſenſum nihil refert, utro modo interpungatur.

69. *ſi rediiſſet*] h. e. cum rediiſſet. Nam *ſi* interdum tem-

GE. Illene? *) Indotatam virginem atque ignobilem
Daret illi? Nunquam faceret. DA. Quid ſit denique?
GE. Quid fiet? Eſt paraſitus quidam Phormio,
Homo confidens, [61]) qui illum [62]) dii omnes perdunt. *)
DA. Quid is fecit? GE. Hoc conſilium quod dedit dicam.
Lex [63]) eſt ut orbae [64]) qui ſint genere proxumi
Eis [64 a]) nubant, et illos ducere eadem haec lex iubet.
Ego te [65]) cognatum dicam et tibi ſcribam. *) Dicam. [66])
Paternum amicum me aſſimulabo virginis
Ad iudices veniemus, qui fuerit pater,
Quae mater, qui [67]) cognata [68]) tibi ſit. Omnia haec
Confingam. Quod erit mihi bonum atque commodum,

*) *edit non interrog.* 61) audaciſſimus 62) ſecundum quod (?) *) *edit. et Bentl.* perduint 63) verba Phormionis (ſequuntur) 64) puellae 64 a) viris 65) Antipho *) *edit. et Bentl. diſting. poſt* dicam (δικην) 66) etiam aliud 67) *olim* quae *nunc* qui *cum gloſſa* quomodo 68) propinqua.

---

pus ſignificat, non conditionem. Plaut. Captiv. II. 2. 1. *Iam ego revertor intro, ſi ex his quae volo exquiſivero* Horat. epiſt. I. 7. 10. *quod ſi bruma nives Albanis illinet agris, Ad mare deſcendetvates tuus* ubi vid. Lambin. *Rediiſſet* ponitur pro *redierit*, quae temporum mutatio frequens eſt. v. Bentl. ad Horat. Serm. II. 3. 93. *ut ſi forte minus locuples uno quadrante periſſet, Ipſe videretur ſibi nequior.*

73. *qui illum Dii omnes perduint*] in hac imprecandi formula comicis propria *qui* ponitur pro *utinam*, Plaut. in Menaech. III. 1. 6. *Qui illum Dii omnes perduint!* et ibi Gronov. Imitatus eſt Cic. ad Attic. IV. 7. *De Apollonio quod ſcribis qui illi Dii irati.*

77. *tibi ſcribam dicam*] h. e. te in ius vocabo. infra II. 2. 15. IV. 3. 63. *Sexcentas ſcribito iam mihi dicas. Dica* eſt ex graeco δικῇ *lis, cauſa.*

81. *quod erit mihi bonum atque commodum*] h. e. quatenus mihi aptum et appoſitum erit in

Cum tu nihil horum refelles, 69) vincam ſcilicet 70)
Pater 71) aderit mihi, *) paratae lites. 72) Quid mea? 72 a)
Illa quidem noſtra erit. DA. Iocularem 73) audaciam.
GE. Perſuaſit 74) homini. 75) factum eſt. ventum eſt. 75 a) vincimur.
Duxit. DA. quid narras? GE. hoc quod audis. DA. O Geta
Quid te 76) futurum eſt? GE. Neſcio hercle, unum hoc ſcio.
Quod fors fert, *) feremus aequo animo. DA. Placet. 77)
Em iſtuc viri 78) eſt officium. 79) GE. In me omnis ſpes mihi eſt.
DA. Laudo. GE. Ad precatorem 80) abeam 81) *) credo 81 a) qui mihi
Sic oret. 82) Nunc omitte *) 83) quaeſo hunc. 84) caeterum
Poſthac ſi quicquam, 85) nihil precor, 86) tantummodo

69) contradices 70) te a legibus 71) tuus Demipho *) *edit. et Bentl. diſting. poſt* aderit 72) in reſponſione 72 a) quid amplius ad te pertinet 73) Phormionis 74) Phormio 75) Antiphoni 75 a) ad iudicium 76) de te *) *edit. et Bentl.* feret 77) quod dicis 78) fortis 79) ut aequum animum habeat 80) excuſatorem. Perſonam excuſatoris mali denotat 81) pergam *) *edit.* adeam *prob. Bentl.* 81 a) pro me ad meam voluptatem 82) ut dicam *) *edit.* amitte *prob. Bentl.* 83) o Demipho 84) Getam dum praeſens ſum 85) fecerit vel commiſerit 86) cum defuerit.

---

rem meam. Sic bene exponit Geſnerus in Theſ. l. Lat. v. *commodus*. Donati explicatio a Comici mente eſt aliena. *Quod* eſt *quoad*, *quatenus* v. not. ad Eun. II. 1. 8.

88. *fors feret*] i. e. fortuna Cic. ad Attic. VII. 14. *ſed haec ut fors tulerit* Curt. V. 11. *quicquid fors tuliſſet, inter ſuos perpeti malle quam transfugam fieri.*

91. *amitte*] pro *dimitte*. v. not. ad And. V. 3. 27.

Non addit; *) ubi ego hinc abiero, vel occidito. 87)
DA. Quid paedagogus 88) ille 89) qui citharistriam? 90)
Quid rei gerit? 91) GE. Sic tenuiter. DA. Non multum habet
Quod det fortasse. GE. Immo nihil, nisi spem meram.
DA. Pater eius 92) rediit annon? GE. Nondum. DA. quid. 93) senem
Quoad 94) expectatis vestrum? GE. Non certum scio;
Sed epistolam ab eo allatam esse audivi modo,
Et ad portitores 95) esse latam; *) hanc petam.
DA. Numquid Geta aliud me vis? GE. Ut bene sit tibi.
Puer 96) heus. nemon 97) huc 98) prodit? cape, 99) da hoc Dorcio. 1)

*) *edit.* addat *improb. Bentl.* 87) etiam si volueris 88) Paedagogus non solum qui minat, sed etiam qui minatur sub custodia 89) Phedria 90) minabatur a te. possidebat 91) quantus in possessionem. vel geritur 92) Chremes 93) dicis 94) quousque 95) ad custodes portus *) *edit. et Bentl.* allatam 96) o puer 97) an nemo ex vobis 98) ad me 99) hoc argentum 1) ancillae. alii optioni.

---

94. *quod paedagogus ille qui citharistriam*] scilicet sectatur. Lepide Phaedriam vocat paedagogum, quod ille citharistriam in ludum ducebat et reducebat, quod erat munus servorum paedagogorum.

95. *sic tenuiter*] venuste hac particula utuntur de rebus quae non satis feliciter succedunt in Andr. I. 3. 4. et 9.

97. *quid*] Bene Donatus annotat, *quid* tum dici, cum fit transitus a mentione alterius rei ad alteram. v. Duker. ad Flor. II. 6. p. 321.

100. *portitores*] sunt operae publicanorum, qui in portu sedebant, merces invehendas et evehendas excutiebant et portorium exigebant. v. Non. Marcell. p. 24. et Ernest. in clave Ciceron. hac v. Epistolas ad portas delatas esse patet etiam ex Plauti Trin. III. 3. 65. *apud portitorem eas resignatas sibi inspectasque esse.*

101. *ut bene sit tibi*] abeuntium formula est, Plaut. in Poen. IV. 2. 90. *valeas beneque ut tibi sit.* v. Brissonium de formul. I. 74. Donatus per asteismum di-

(Actus I. Scena III. ANTIPHO. PHAEDRIA.)

ANTIPHO. 2) Adeon rem 3) rediſſe, 4) ut qui mihi optime conſultum velit eſſe,
Phedria, 5) patrem 6) ut extimeſcam, ubi in mentem 7) eius adventus *) venit?
Quod ni fuiſſem incogitans, 8) ita eum expectarem, ut par fuit 9)
PH. Quid iſtuc eſt? ANT. Rogitas, qui tam audacis facinoris mihi conſcius ſcis? 10)*)
Quod utinam ne Phormioni id ſuadere 11) in mentem incidiſſet,

2) Antipho filius Demiphonis alloquitur Phedriam filium patrui ſui, dicens ſe in magno metu eſſe quotiescunque patris adventum reducebat ſibi 3) meam 4) ſcilicet contigit 5) o Phedria 6) mihi nominat 7) meam *) *edit.* adventi *prob. Bentl.* 8) valde cogitans 9) ut deceret cum amore 10) al. ſis *) *edit. et Bentl.* ſis 11) mihi.

ctum putat pro *nihil.* Sic *recte* pro *nihil* dici ſupra vidimus.

Act. I. Scen. 3.

2. *patrem extimeſcam*] Guyotus delet particulam *ut* quando iam adeſt verſu praecedente, quod ab eo factum temere et imperite. Nam ſaepe *ut* poſt quaedam interpoſita ex abundanti repetitur. Plaut. in Bacchid. IV. 6. 18. *orabat ut quod iſtic eſſet ſcriptum ut fieret*, ubi v. Gronov. Liv. XLV. 16. *decrevit Senatus ut quoniam perduelles ſuperati, — ut dona curarent danda.* v. interpret. ad Liv. XXII. 11. Eodem modo aliae particulae interpoſitis quibusdam geminantur *tanquam ſi* apud Liv. III. 19. *ſi quis vobis* etc. *ſi quis ex his* et *cur* apud Ciceron. de Divin. I. 57. v. Duker. ad Flor. II. 6. 291. *Quid eſt cur cum domus ſit omnium una — cur ii quid ex quoque eveniat — perſpicere non poſſint.*

3. *Quodni*] *quod* cum aliis particulis eleganter iungitur. Caeſar de B. G. I. 44. *quod niſi diſcedat* etc. Salluſt. in Catil. c. 18. *quodni Catilina maturaſſet* etc. ubi v. Cortium. Ita mox apud Terentium *quod utinam.* Cic. ad Div. XIV. *quod utinam minus vitae cupidi fuiſſemus.* Salluſt. in Iug. c. 14. *quod utinam illum eadem ſimulantem videam*, ubi plura Cortius. Plerique *quod* in hac forma abundare putant. Manutius

Neu me cupidum eo [12]) impuliſſet, quod mihi principium eſt mali.
Non potitus [13]) eſſem. fuiſſet tum illos [14]) mihi aegre aliquot dies. [15])
At non cotidiana cura [16]) haec angeret animum. PH. audio.
AN. Dum expecto quam mox veniat [17]) qui hanc mihi adimat conſuetudinem [18])
PH. Aliis quia deſit quod amant aegre eſt. Tibi quia ſupereſt dolet;
Amore abundans [19]) *) Antipho.
Nam tua quidem hercle certo [20]) vita haec [21]) expetenda optandaque eſt.
Ita me Dii bene ament, ut [22]) mihi liceat tam diu quod amo [23]) frui.
Iam depiciſci, *) [24]) morte cupio. tu coniicito caetera.

12) ad illud 13) illa 14) per illos 15) ſi illam non duxiſſem 16) timor et ſollicitudo patris 17) pater 18) habitandi cum illa 19) abundas *) *edit. et Bentl.* abundas 20) pro certo 21) amore plena 22) utinam 23) quandiu vixero *) *edit. et Bentl.* depeciſci 24) depaſci vel devaſtari.

---

ad Ciceron. l. c. pro *ſed* accipit.

9. *quam mox*] eleganter dicitur pro *quam cito*. Cic. pro Roſc. Comoedo c. 15. *quid exſpectas quam mox ego Luscium et Manilium dicam, ordine eſſe ſenatores.* Liv. XXXIV. 1. *cum qua mox ſignis collatis dimicandum ſibi in dies exſpecto,* ubi v. Gronov.

13. *frui*] *frui* proprie in re amorum dicuntur, qui potiuntur eo, quod amant. Florus IV. 11. p. 847.

14. *depeciſci*] *depaciſci* vel *depeciſci morte* eſt talem pactionem inire, ut ne mortem quidem recuſes, dummodo rem gratam habere liceat. Cic. ad Attic. IX. 7. *cur non honeſtiſſimo periculo depeciſci velim.* Virg. Aen. XII. 49. *letumque ſinas pro laude paciſci.* Poterat etiam Terentius dixiſſe *depeciſci vita*, ut Virg. Aen. V. 230. *vitamque volunt pro laude paciſci.* Nam utrumque eodem redit. v. Bentl. ad Horat. Carm. III. 14. 2.

Quid ego [25] ex hac inopia [26] nunc capiam, [27] et quid tu ex hac [28] copia, [29]
Ut ne addam quod ſine ſumptu ingenuam, liberalem nanctus [*] es [30]
Quod habes ita ut voluiſti uxorem [31] ſine mala fama [32] palam,
Beatus, [33] ni unum [34] hoc deſit, animus qui modeſte iſtaec [35] ferat.
Quod ſi tibi res cum eo lenone ſit quocum [36] mihi eſt tum ſentias. [37]
Ita plerique ingenio ſumus omnes, noſtri [38] nosmet poenitet
ANT. At tu mihi contra nunc videre [39] fortunatus Phedria,
Cui de integro [40] eſt poteſtas etiam conſulendi quid velis.
Retinere, amare, amittere. Ego in eum incidi infelix locum,
Ut neque mihi eius ſit amittendi, nec retinendi copia.

25) doloris 26) amoris 27) quod non habeo quod amem 28) *ſuperſcript.* illa *quae eſt lectio edit.* 29) gaudii qui habes quod ames *) *edit. et Bentl.* nactus 30) inveniſti 31) quaſi uxorem *literis textus ſcript.* 32) meretricio cultu 33) es 34) tibi 35) metum patris 36) cum quo cum tali tam duro, cuius amicam amo 37) quantus dolor ſit amoris 38) incepti 39) videris 40) ex toto.

---

22. *de integro*] i. e. de rebus adhuc integris in Hec. I. 2. 5. *alias ut uti poſſim cauſa hac integra,* ubi vid. not.

24. *eius amittendi*] notandum *amittendi* poni pro *amittendae*. Nam gerundia in *di* adiunguntur genitivis utriusque generis et numeri. infra V. 6. 40. de muliere *poteſtatem eius habendi ſe dare*. Ovid. epiſt. XX. 74. *copia placandae ſit modo parva tui.* v. Sanct. Minerv. III. 8. et ibi Perizon. p. 457. Sunt, qui h. l. legant *ut neque mihi iuſſit amittendi*, ſed vulgatam ſcripturam bene defendit Servius ad Aen. XI. 675.

Sed quid hoc eſt? Videon ego Getam currentem huc advenire?
Is eſt ipſus, et timeo miſer, quam hic mihi nunc nuntiet rem.

(Actus I. Scena IV. GETA. ANTIPHO. PHEDRIA.)

GETA. [41]) Nullus es [42]) Geta, niſi iam aliquod tibi conſilium celere repereris.
Ita nunc inparatum ſubito tanta te impendent [43]) mala,
Quae neque uti [44]) devitem ſcio, nec quomodo me inde abſtraham. [45]) *)
Nam non poteſt celari [46]) noſtra diutius iam audacia,
Quae ſi non aſtu [47]) providentur, me aut erum [48]) peſſumdabunt [49])
ANT. Quidnam ille [49 a]) commotus venit?
GE. Tum temporis mihi punctum, [50]) ad hanc rem [51]) eſt. erus adeſt. ANT. Quid illud *) mali eſt?
GE. Quod cum audierit, [52]) quod eius remedium inveniam iracundiae?

41) ſecum loquebatur de ſeſe. 42) nihil vales 43) imminent tibi 44) quomodo 45) extraham *) *edit. et Bentl.* extraham 46) dominum noſtrum Demiphonem 47) aſtute 48) dominum meum 49) praeceps dabunt 49 a) Geta 50) breviſſimum ſpatium 51) conſilium reperiendum *) *edit. et Bentl.* iſtuc 52) meus erus.

Act. I. Scen. 4.

2. *tanta me impendent mala*] eadem conſtructione utitur Lucilius apud Feſtum voce *me*: *ut quae res me impendet agatur*, qui locus fugit Bentleium ſcribentem *in me impendent mala*, addita ratione quod *impendere* nusquam alibi reperitur niſi aut dativo iunctum aut cum praepoſitione accuſativo. v. Perizon. ad S. Min. III. 5. p. 416.

3. *extraham*] i. e. expediam, liberem. in Hec. V. 4. 36.

Loquarne? incendam. 53) taceam? inſtigem. purgem me? laterem lavem 54)
Eheu me miſerum, cum mihi paveo, tum Antipho me excrutiat animi.
Eius me miſeret, ei nunc timeo, is nunc me retinet. Nam absque eo eſſet,
Recte ego mihi vidiſſem, 54) et ſenis eſſem ultus iracundiam.
Aliquid convaſiſſem, 55) *) atque hinc me coniicerem protinus in pedes.
ANT. Quam hic fugam aut furtum parat?
GE. Sed ubi Antiphonem reperiam, aut qua quaerere inſiſtam via?
PHE. Te nominat. ANT. Neſcio quod magnum hoc nuntio expecto malum.

53) illum ad iram 54) Proſequitur Geta quod loquebatur. Proverbium illorum qui dum ſe volunt expurgare, in culpam incidunt ſicut later quo amplius lavatur et fricatur, eo amplius ſordes emittit 54) providiſſem 55) rapuiſſem *) *edit.* convaſaſſem.

---

9. *laterem lavem*] i. e. operam perdam, de quo proverbio v. Erasm.

12. *Recte mihi vidiſſem*] h. e. bene mihi providiſſem. In omni *recte* dicitur de rebus ita comparatis, ut debent, ut optamus. in Heaut. I. 1. 107. II. 1. 16. Plaut. in Moſtell. III. 3. 23. *cavi recte* Liv. XXXIV. 35. *ſi qua ante educta forent, dominis recte reſtituerentur* ubi v. Drak.

13. *convaſaſſem*] *convaſare* eſt vaſa ſive cuiusvis generis ſupellectilem colligere, et in ſarcinam coniicere. Translatio eſt a re militari, ubi conclamari vaſa dicebantur, cum ſignum dabatur vaſorum colligendorum, ad caſtra movenda. v. Gronov. in lection. Plaut. p. 265. MSſti quidam legunt *convaſiſſet* quod Bentl. in *conraſiſſet* ut in Ad. II. 2. 34. Sed non opus eſt emendatione.

protinus] Bene Bentleius revocat *protinam* quod veteres grammatici in hoc loco legerunt. Illa forma Plauto uſitata ut in Bachid. III. 1. 7. *me continuo contuli protinam in pedes.*

16. *exſpecto*] *exſpectamus* cum ea quae ſperamus, tum quae metuimus futura. Virg. Aen. VI. 14. *incluſi poenam exſpectant* Plin. in Panegyr. c. 35. *exſpectent paria praemio damna.*

PHE. Sanus es.[56] GE. Domum ire pergam, ubi plurimum eſt.[57] PHE. Revocemus
Hominem. ANT. Sta ilico. GE. Hem.
Satis pro imperio[58] quisquis es. ANT. Geta. GE. Ipſe eſt quem volui obviam.
ANT. Cedo[59] quid portas obſecro, atque id ſi potes verbo expedi.
GE. Faciam. ANT. Eloquere. GE. Modo apud portum.[60] ANT. Meumne? GE. Intellexti? ANT. Occidi. GE. Hem.
ANT. Quid agam? PHE. quid ais? GE. Huius[61] patrem[62] vidiſſe me, patruum tuum[63]
ANT. Nam quod ego huic nunc ſubito exitio[64] remedium inveniam miſer?
Quod ſi eo[65] meae fortunae redeunt, Phanium[66] abs te ut diſtrahar,[67]
Nulla eſt mihi vita expetenda. GE. Ergo iſtaec cum ita ſint Antipho
Tanto magis te advigilare aequum eſt. Fortes fortuna adiuvat.
ANT. Non ſum[68] apud me. GE. Atqui opus eſt nunc, cum maxime ut ſis[69] Antipho.
Nam ſi ſenſerit te timidum pater eſſe, arbitrabitur
Commeruiſſe culpam. PHE. Hoc verum eſt. ANT. Non poſſum immutarier.[70]

56) eſto 57) ſaepiſſime moratur 58) ſatis faciam tuo imperio 59) dic 60) vidi patrem 61) Antiphonis 62) dico 63) o Phedria 64) periculo meo 65) ad illud 66) o Phanium. nomen uxoris 67) ſeparer 68) prae timore 69) apud te 70) ut triſtis non ſim.

---

19. *pro imperio*] ſcilicet agis vel loqueris. Pro imperio agere dicitur, qui fidenter agit, ſine timore, ut ſolent homines imperio freti Liv. I. 51. *pro imperio palam interfici non poterat.* III. 49. *iam pro imperio Valerius diſcedere a privato lictores iubebat.*

24. *ſi eo meae fortunae redeunt*] h. e. ſi in eas anguſtias coguntur, rediguntur res meae.

29. *Commeruiſſe culpam*] i. e. contraxiſſe culpam, ideoque ca-

GE. Quid faceres, ſi aliud quid gravius tibi nunc faciundum foret?
ANT. Cum hoc non poſſum, illud minus poſſem. GE. hoc nihil eſt Phedria. 71) ilicet 72)
Quin 73) *) conterimus operam fruſtra, quin abeam? **) PHE. Et quidem ego. 74) ANT. Obſecro.
Quid ſi aſſimulabo, 75) ſatin 76) eſt? GE. Garris. ANT. Vultum contemplamini. *)
Satine ſic eſt? GE. Non. AN. Quid ſi ſic? GE. Propemodum. AN. Quid ſi ſic? GE. Sat eſt.
Hem, iſtuc ſerva et verbum verbo 77) par pari ut reſpondeas,
Ne te ſuis iratus ſaevidicis dictis 78) protelet. 79) AN. Scio.
GE. Vi coactum te eſſe invitum, lege, 80) iudicio; tenes; 81)
Sed quis hic eſt ſenex quem video in ultima platea? AN. Ipſus eſt,
Non poſſum adeſſe. 82) GE. Ah, quid ais? *) quo abis Antipho? Mane,
Mane inquam. AN. Egomet me novi 83) et peccatum 84) meum.

71) o Phedria 72) ire licet 73) al. quid *) *edit. et Bentl.* quid **) *edit.* abeo *prob. Bentl.* 74) ibo 75) laetum me 76) ſatin ſic *) *edit. add.* hem 77) ſerva 78) ſaeva dicentibus verbis 79) confodiat vel diſtrahat 80) dices te coactum lege ut illam acciperes 81) illam. vel? 82) in praeſentia illius *) *edit. et Bentl.* agis 83) timidum eſſe 84) culpam meam.

ſtigationem ſive poenam commeruiſſe. Plaut. in Captiv. II. 3. 43. *neque te commeruiſſe culpam neque me adverſatum tibi;* eſt igitur antecedens pro conſequenti.

31. *Cum hoc non poſſum*] ſcilicet facere, ut apud me ſim.

35. *ſerva*] h. e. retine hunc vultum.

36. *ſaevis dictis*] ex Donato et MſT. legendum eſt *ſaevidictis.*

protelet] *protelare* eſt propellere, perturbare. Siſenna apud Non. Marcell. p. 363. Ro-

Vobis 85) commendo Phanium, 86) et vitam meam.
PHE. Geta quid nunc fiet? GE. Tu iam lites audies.
Ego plectar pendens 87) niſi quid me feſellerit.
Sed quomodo 88) hic nos Antiphonem monuimus,
Id nosmet ipſos facere oportet Phedria 89)
PHE. Aufer, 90) *) mihi oportet, 91) quin tu quod faciam impera.
GE. 92) Meminiſtin 93) olim ut fuerit voſtra oratio 94)
In recipiunda, 95) *) ad defendendam noxiam, 96)
Iuſtam illam cauſam, facilem, vincibilem, optimam?
PHE. Memini. GE. Em, nunc ipſa eſt opus, aut ſi quid potes
Meliore et callidiore. 97) PHE. Fiet ſedulo. 98)
GE. Nunc prior adito tu, ego in inſidiis hic ero
Succenturiatus, 99) ſi quid deficies. PHE. Age.

85) tibi Geta et Phedria 86) uxorem meam 87) ſuſtinebo poenas in cruce 88) al. quod modo *) *edit. et Bentl.* quod modo 89) o Phedria ut fortes ſimus 90) metum *) *edit. et Bentl. non diſting.* 91) agere pro fratre 92) Reducit ei ad memoriam quod olim cum patre egerat 93) vel meminiſti 94) locutio cum patre 95) al. in re incipienda *) *et ſic edit. et Bentl.* 96) culpam 97) ratione 98) inſtanter 99) ſubinſtructus dolo vel ſimulatus. Succenturiati ſunt, non qui in primanos impetu ſuo protelant v. Duker. de latinit. ICtorum 333.

43. *pendens*] ſcilicet a trabe. v. not. ad Eun. V. 6. 20.

niſi quid me feſellerit] ſcilicet opinio, quod ſaepe additur Cic. pro Domo c. 43. *tantumne te feſellit cum mihi ſumma et quotidie maiora praemia in republica fore putabas.* ad Div. V. 20. *niſi quid me fallit.*

46. *aufer mihi oportet*] i. e. omitte verbum oportet. infra V. 6. 11. Horat. Serm. II. 7. 42. *aufer me vultu terrere.* Iuven. VI. 170. *tolle tuum precor Hannibalem.* v. Burmann. ad Phaedr. III. 6. 8.

52. *in inſidiis*] alii libri habent in *ſubſidiis* quod Bentleius praefert. *Subſidia* dicuntur milites, qui primis deficientibus ſubmittuntur. Hinc ſaepe *ſubſidiarii* opponuntur primae aciei.

53. *ſuccenturiatus ero*] h. e.

(Actus II. Scena I. DEMIPHO. GETA. PHEDRIA.

DEMIPHO. 1) Itane tandem uxorem duxit Antipho iniuſſu meo? 2)
Nec meum imperium 3) *) age mitto 4) imperium, non ſimultatem 5) meam
Revereri, *) ſaltem non pudere? 6) O facinus audax, Geta
Monitor. 7) GE, Vix tandem. 8) DEM. Quid mihi dicent? aut quam cauſam reperient?
Demiror. GE. 9) Atqui, repperi iam; 9a) aliud cura. DEM. Anne hoc dicent mihi,
Invitus feci, lex coegit? audio, et fateor 10) GE. placet. 11) *)

ma ſed qui in ſecunda centuria conſiſtunt, quaſi ſub prima centuria conſtituti. Sunt autem et ipſi in ſpeculis armati poſiti, ut ſi prima defecerit, iſtis laborantibus primis ſubveniant, unde et ad inſidiandum ponitur ſuccenturiatus quaſi dolo ſubinſtructus. Centurias autem dicimus partes exercitus in centenos milites diſtributas. Qui his praeſunt conturiones dicuntur

1) Demipho reverſus loquebatur ſecum audiens de filio Antiphone 2) ſine iuſſione mea. vel. 3) meam poteſtatem extimuit *) *edit. et Bentl. non interrogant* 4) omitto 5) iram *) *edit. et Bentl. diſting. poſt* ſaltem 6) oportuit 7) iſtius rei 8) evadam 9) yronicos ſecum 9a) quod tibi dicam 10) ita eſſe 11) quod dicit *) *edit. et Bentl.* places.

---

tibi deficienti ſuccedam. *Centuriare milites* eſt in ſuas claſſes deferre, ſuccenturiare, centuriam deficientem explere. v. Feſtum in h. voce et Donat. ad h. l.

Act. II. Scen. 1.

2. *non ſimultatem meam revereri*] i. e. non veritus es, ne animum meum offenderes.

4. *Monitor*] i. e. magiſter. Horat. de arte poet. v. 163. *cereus in vitium flecti monitoribus aſper.* v. Cort. ad Sall. Iugurth. c. 85.

5. *Demiror*] i. e. neſcio, quoniam, ut Donatus ait ad Andr. IV. 4. 11. admiratio ab ignorantia deſcendit. Plaut. in prol. Aulular. v. 1. *Ne quis miretur, qui ſim, paucis eloquar* Cic. de Amicit. c 11. *quanquam miror illa ſuperbia et importunitate, ſi quemquam habere potuit.*

Verum ſcientem, [12]) tacitum [13]) cauſam tradere adverſariis,
Etiamne id lex coegit? PH. Illud durum. GE. Ego expediam. ſine.
DEM. Incertum eſt, quid agam, quia praeter ſpem, atque incredibile hoc mihi obtigit.
Ita ſum irritatus, animum ut nequeam [14]) ad cogitandum inſtituere.
Quamobrem omnes cum ſecundae res ſunt maxumae, [15]) tum maxume
Meditari ſecum oportet, quo pacto adverſam aerumnam ferant,
Pericla, exilia, damna. Peregre rediens ſemper cogites *)
Aut filii peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiae.
Communia eſſe haec, [16]) fieri poſſe, [17]) ut ne quid animo ſit novum.
Quicquid praeter ſpem eveniat, omne id deputare eſſe in lucro.
GE. O Phedria incredibile quanto erum anteeo [18]) ſapientia.

12) i. e. intelligibiles annos habentem et ſcientem quod ſine imperio patris non debeat illam ducere. (ſupple). filium 13) non reſpondentem. deeſt et 14) ipſum animum 15) in die bonorum et cet. D. M. *) *edit. et Bentl.* cogitet 16) omnibus hominibus 17) cogita 18) praecello.

---

7. *cauſam tradere adverſariis*] idem ſignificat quod *cauſam perdere* h. e. pati facile ſe vinci. ICti dicunt cauſam adverſariis donare et praevaricari.

10. *animum ad cogitandum inſtituere*] h. e. animum componere, ut cogitet quid agendum ſit. Bouherius ad Cic. quaeſt. Tuſc. III. 14. e MSStis quibusdam legere mavult *inſtruere*, ſed bene habet lectio vulgata.

11. *tum maxime*] Zinzerlingius in promulſ. critica iuven. c. 22. legere tentat *cum maxime*; fruſtra. v. Duker. ad Flor. II. 16. p. 430.

Meditata mihi ſunt [19]) omnia mea incommoda. Erus ſi redierit
Molendum mihi eſſe usque [20]) in piſtrino, vapulandum, habendae compedes,
Opus ruri faciundum, horum nihil quicquam accidet animo novum.
Quicquid praeter ſpem eveniet, omne id deputabo eſſe in lucro.
Sed quid ceſſas hominem [21]) adire, et blande in principio alloqui?
DEM. Phedriam mei fratris video filium mihi ire obviam
PHE. Mi patrue ſalve DEM. Salve, ſed ubi eſt Antipho?
PHE. Salvum te advenire. [22]) DEM. Credo; reſponde hoc mihi. [23])
PHE. Valet; hic eſt; ſed ſatin omnia ex ſententia? [23a])
DEM. Vellem quidem. PHE. quid iſtuc eſt? DEM. Rogitas Phedria? [24])
Bonas me abſente hic confeciſtis nuptias. [25])
PHE. Eho an tu id ſuſcenſes [26])*) illi? GEO. artificem probum.

19) iam dudum 20) ſemper 21) patrem tuum 22) gaudeo 23) quod te interrogo 23 a) ex voto 24) o Phedria 25) in Phedriam. vel? 26) praeiudicas. *) *ed.* ſuccenſes *et ſic paulo poſt.*

---

18. *Meditata*] paſſive dicitur pro *cogitata*. Cic. Catil. I. 10. *ad huius vitae ſtudium meditati illi ſunt qui feruntur labores tui.* Multa participia deponentium paſſive ponuntur, quod eorum forma activa aliquando uſitata fuit; ita interdum reperitur *aucupo*, *tumultuo*, *fabulo*, *lucto*, *intermino* etc. v. Voſs. de analog. III. 7.

25. *ſalvum advenire*] ſcilicet te gaudeo.

credo] i. e. gratias ago. vim formulae explicuimus ad Andr. V. 4. 36.

28. *confeciſtis*] ſunt qui capiant pro *una feciſtis*. v. Broukhuſ. ad Propert. Sed melius eſt capere pro ſimplici *feciſtis*.

DEM. Egon illi non ſuſcenſeam? [26a]) Ipſum geſtio
Dari mihi in conſpectum, nunc ſua culpa ut ſciat
Lenem patrem [27]) illum factum eſſe [28]) acerrimum.
PHE. Atqui nihil fecit patrue quod ſuſcenſeas.
Ecce autem ſimilia omnia [29]) omnes congruunt.
Unum [30]) cognoris, omnes noris. PHE. Haud ita eſt.
DEM. Hic [31]) in noxia [*]) eſt. [32]) Ille [33]) ad defendendam cauſam adeſt,
Cum ille eſt, [34]) hic praeſto eſt, tradunt operas mutuas. [35])
GE. Proba horum facta [36]) imprudens depinxit [37]) ſenex.
DEM. Nam ni haec ita eſſent, cum illo [38]) haud ſtares [39]) Phedria. [40])

26 a) non praeiudicem 27) quondam me 28) modo 29) omnes concordant in malum 30) iſtorum 31) Antipho *) *edit.* noxa *improb. Bentl.* et *ſecundum hodiernam cod. lection.* 32) vel? 33) Phedria 34) abſens 35) adiutoria mutua ſibi impendunt in malum 36) aſtutias 37) expreſſit 38) Antiphone 39) non conſentires 40) o Phedria.

---

30. *geſtio*] proprie eſt laetitiam vel deſiderium geſtu ſive corporis motu exprimo, quae proprietas cognoſcitur e Cic. de Orat. II. 23. deinde ponitur pro *vehementer cupio, deſidero.*

36. *Hic in noxa eſt*] *noxia* non *noxa* legendum eſſe patet ex iis, quae ad Eun. V. 2. 13. notavimus.

adeſt] *adeſſe* et *praeſto eſſe* proprie dicuntur patroni, qui cauſas defendunt. Cic. pro Murena c. 9. *Servius — praeſto multis fuit.* v. Heinſ. ad Ovid. Remed. amor. v. 663. Hinc utrumque dicitur pro *auxilio eſſe.* Liv. III. 25. *noſtrisque et nunc querelis adſint et mox armis.* Contra *longe eſſe* dicitur qui non prodeſt, non adiuvat. v. Drak. ad Liv. VI. 38.

39. *cum illo ſtares*] *ſtare cum aliquo* eſt partium alicuius eſſe, aliquem adiuvare. Nep. in Ageſil. c. 5. *qui nobiscum adverſus barbaros ſteterunt.* dicitur etiam ſtare ab aliquo Nep. in Datame c. 6. *coacti ſunt ab eis ſtare quos reliquerant.* item *ſtare pro aliquo.* Ovid. Triſt. I. 25. *Mulciber in Troiam pro Troia ſtabat Apollo.* Saepe hoc verbum a ſtantibus in acie militibus trans-

PHE. Si eſt patrue, culpam ut Antipho in ſe admiſerit
Ex qua re 41) minus aut famae foret rei *) 42) temperans. 43)
Non cauſam 44) dico, quin quod meritus ſit ferat.
Sed ſi quis forte malitia fretus ſua
Inſidias noſtrae fecit adoleſcentiae,
Ac vicit, noſtran culpa eſt, an iudicum 45)
Qui ſaepe propter invidiam adimunt diviti,
Aut propter miſericordiam addunt pauperi?
GE. 46) Ni noſſem cauſam, crederem hunc 47) vera loqui.
DEM. An quisquam iudex eſt, qui poſſit noſcere
Tua iuſta, 48) ubi tute verbum non reſpondeas,
Ita ut ille fecit? 49) PHE. Functus adoleſcentuli eſt
Officium liberalis; poſtquam ad iudices
Ventum eſt, non potuit cogitata proloqui.
Ita eum tum timidum obſtupefecit pudor,

41) propter quam culpam *) *edit. transponit* rei foret aut famae 42) ſubſtantiae tuae 43) praeparans 44) aliquam. non excuſo neque defendo illum 45) illorum 46) ſecum 47) Phedriam 48) iuſtitiam tuam 49) quemadmodum Antipho non reſpondit, dum iudicatum eſt ei ducere illam.

fertur ad advocatos in foro. Phaedr. III. 10. 37. *ſtant patroni fortiter cauſam tuentes innocentis feminae.*

41. *minus rei aut famae temperans*] i. e. minus conſulens rei familiari vel exiſtimationi v. Donat. ad h. l. Salluſt. in Catil. c. 25. *pecuniae an famae minus parceret, haud facile decerneres.*

42. *non cauſam dico*] i. e. non recuſo, non intercedo. Elegans ratio loquendi. Plaut in Capt. III. 4. 92. *Hoc ſi ſecus reperies, nullam cauſam dico quin mihi Et parentum et libertatis apud te deliquium ſiet.* Caſ. V. 4. 26. *Nulla cauſa eſt quin pendentem me uxor verberes.* Cic. agrar. III. 1. *quid eſt cauſae quin illa criminatione non ſolum meam ſed etiam veſtram diligentiam prudentiamque deſpexerit* etc. ubi v. Graev.

quin quod meritus ſit ferat] h. e. quin meritas poenas luat.

50. *iuſta*] iuſta ſunt, quae cauſam continent, defenſionis firmamenta. v. Caſaub. ad Theophr. charact. I. 18. 308.

GE. Laudo hunc, ſed ceſſo adire quam primum ſenem. *)
Ere ſalve. Salvum te adveniſſe gaudeo. DEM. [50]) Oh.
Bone [51]) cuſtos ſalve. Columen [52]) vero familiae, [53])
Cui commendavi filium hinc abiens meum.
GE. Iam dudum te omnes nos accuſare audio
Inmerito, et me horunc omnium inmeritiſſimo. [54])
Nam quid me in hac re facere voluiſti tibi?
Servum hominem cauſam orare [55]) leges non ſinunt.
Neque teſtimonii dictio eſt. DEM. [56]) Mitto omnia
Adde *) iſtuc; imprudens timuit adoleſcens, ſino.
Tu ſervus, verum. **) Si cognata eſt maxime
Non fuit neceſſe habere, ſed id quod lex iubet,

*) *edit. interrogat* 50) yronicos 51) Geta 52) firmitas 53) noſtrae 54) adverbium eſt pro inmeritiſſime 55) loqui 56) yronicos indignando *) *edit.* addo *prob. Bentl.* **) *Edit. et Bentl. non diſting. Noſtra diſtinctio bonum ſenſum fundit, et* verum *cuius ſimile eſt in Eun.* II. 3. 54. 55. Comites ſecuti ſcilicet ſunt virginem? CH. Verum. *ibid.* V. 18. Si quidem iſtuc impune habueris? PY. Verum. *in Adelphi* IV. 2. 39. Id quidem angiportum non eſt pervium. SY. Verum hercle *apte reſpondet τῷ* ſino *et explicari debet* hoc verum eſt *quae plena locutio occurrit in Phorm.* I. 4. 29. III. 2. 9.

57. *columen familiae*] i. e. praeſidium, auxilium. Plaut. in Caſ. III. 2. 6 *ſenati columen praeſidium popli* Cic. pro Sext. *columen reipublicae diceres intueri.* Curt. IX. 6. *quis Deorum hoc Macedoniae columen ac ſidus diuturnum fore polliceri poteſt.* Horat. Carm. I. 35. 14. *Stantem columnam;* nam voces columen, culmen, columna, ut eiusdem ſunt originis, ita eiusdem fere ſignificationis. v. Donat. ad h. l. et Burmann. ad Serv. ad Aen. VIII. 664.

62. *cauſam orare*] i. e. in iudicio agere, dicere Virg. Aen. VI. 846. *orabunt cauſas melius.* Liv. XLV. 36. *integro ſibi die ad cauſam eam orandam opus eſſe. Orare* ſimpliciter dicunt Sueton. in Tito c. 3. *Latine, Graece vel in orando vel in fingendis poematibus promtus,* et Rhetores latini.

63. *neque teſtimonii dictio eſt*]

Dotem daretis, quaereret alium virum.
Qua ratione inopem 57) potius ducebat domum?
GE. Non ratio, 58) verum argentum deerat. DEM. Sumeret
Alicunde. GE. Alicunde. nihil eſt dictu facilius.
DEM. Poſtremo ſi nullo alio pacto vel foenore. 59)
GE. Hui. dixti pulchre, ſi quidem quisquam crederet;
Te vivo. DEM. Non, non ſic futurum eſt. non poteſt.
Egone illam cum illo ut patiar nuptam unum diem?
Nihil ſuave meritum eſt. 60) Hominem commonſtrarier
Mihi iſtum volo, 61) aut ubi habitet demonſtrarier.

57) mulierem 58) profuit nobis 59) pignore vel ingenio 60) non meruiſtis ut ſuave loquar. 61) qui iſtud ſuaſit filio.

---

i. e. non poteſt ſervus teſtis eſſe in iudicio.

67. *quaereret*] pro quaerere potuiſſet vel debuiſſet ut mox v. 69. *ſumeret alicunde argentum*. v. Duker. ad Liv. XLV. 37.

69. *ſumeret*] ſcilicet mutuo. Cic. in Bruto c. 19. *a Naevio vel ſumſiſti multa vel ſi negas ſurripuiſti*. Mutuum diſtinguitur a foenore, nam mutuum datur ſine uſuris. Plaut. in Aſin. I. 389. *Nam ſi mutuas non potero ſumam foenori*. v. Salmaſ. de uſuris p. 17.

71. *foenori*] *foenus* rectius ſcribitur per ſimplex *e* quam per *oe*. Nam derivatur ab antiquo *feo*, *fero*, unde etiam *fetus* et *fecundus*. *Feo* autem non niſi forma differt a graeco *φυω*. v. Gesner. ad Claudian. de nuptiis Honorii v. 37. Veteres plerumque dicunt *ſumere, accipere fenore*, ICti *ſumere fenori*.

73. *non, non ſic futurum eſt*] magna vis eſt in repetitione negantis Liv. XXX. 14. *non eſt, non (mihi crede) tantum ab hoſtibus — periculum* ubi v. Gronov.

74. *egone ut patiar*] ſupplendum *credis*, *poſtulas* vel ſimile quid in Andr. I. 5. 28. Horat. Serm. II. 5. 18. *Utne tegam ſpurco Damae latus?* Liv. IV. 2. *illinc ut concitent bella* ubi v. interpretes.

nuptam cum illo] pro *nuptam illi* quod frequentius eſt. Cic. ad Div. XV. 3. *quocum eſſet nupta regis Armeniorum ſoror* Gellius VII. 1. *Scipionem cum quo nupta erat*.

75. *nil ſuave meritum eſt*] i. e. nulla eſt tam magna merces, nul-

GE. Nempe Phormionem. DEM. Iſtum patronum mulieris.
GE. Iam faxo.[62] hic aderit. DEM. Antipho ubi nunc eſt? GE.[63] *) Foris.
DEM. Abi Phedria, eum require, atque adduce[64] huc. PHE.[65] Eo,
Recta via equidem illuc. GE. Nempe ad Pamphilam.[66]
DEM. At ego Deos penatis[67] hinc ſalutatum[68]
Domum devortor; inde ibo ad forum, atque aliquot mihi
Amicos advocabo ad hanc rem qui aſſient,
Ut ne imparatus ſim cum adveniat Phormio.

(Actus II. Scena II. PHORMIO. GETA.)

PHORMIO.[69] Itane patris ais conſpectum veritum[70] hinc abiiſſe? GE. admodum.
PHOR. Phanium relictam ſolam? GE. Sic. PHOR. Et iratum ſenem?

62) faciam 63) vel Phedria *) *edit. tribuit Phedriae, improb. Bentl.* 64) pro adduc 65) ſecum iocoſe 66) ſuam ibat 67) vel penates 68) ibo 69) Geta revertente ad Phormionem coepit ita loqui 70) Antiphonem.

---

lum tantum pretium, quod libens capiam, ſi habendum ſit ea conditione, ut illam patiar cum illo nuptam uno die. Ita h. l. egregie explicat magnus Gronovius Obſervat. in ſcriptor. eccleſiaſt. VII. 77. Cic. de Nat. Deor. I. 24. *quid mereas ut Epicureus eſſe deſinas!* v. Ferrar. ad Cic. Philipp. I. 44. *putasne illum immortalitatem mereri voluiſſe?*

78. *faxo aderit*] faxo cum fut. indicat. non niſi comici iungunt. v. Eun. II. 2. 54. IV. 3. 21.

81. *Deos ſalutare*] i. e. venerari. Plaut. in Bachid. II. 3. 113. *Deos atque amicos iit ſalutatum ad forum.* Cic. pro Roſc. Amer. c. 20. *cum Deos ſalutatum aliqui venerint.* v. Briſſon. de formul. p. 30.

GE. Oppido. PHO. Ad te ſumma ſolum Phormio rerum redit, 71)
Tute hoc intriſti, 72) tibi omne eſt exedendum. accingere 73)
GE. Obſecro te. PHE. Si rogabit? 74) GE. In te ſpes eſt. PHO. Ecce re *) 75)
Quid ſi reddet? 76) GE. Tu impuliſti. PHO. Sic opinor. 77) GE. Subveni.
PHO. Cedo ſenem, 78) iam mihi inſtructa ſunt corde conſilia omnia.
GE. Quid ages? PHO. quid vis? 79) niſi ut maneat Phanium 80) atque e crimine hoc
Antiphonem eripiam atque omnem in me iram derivem patris? *) —
GE. O vir fortis atque amicus. Verum hoc ſaepe Phormio
Vereor, nec 81) *) iſtaec fortitudo in nervum 82) erumpat denique. PHO. ah,

71) ad me 72) periculum protriviſti et praeparaſti 73) praepara te 74) interrogabit quid eris *) *edit. et Bentl.* eccere 75) providendum eſt in cauſa 76) illam 77) illum ducturum 78) feriam meis verbis 79) ut agam 80) cum Antiphone *) *edit. et Bentl.* ſenis 81) vel ne. *) *edit. et Bentl.* ne 82) in ſtuporem.

Act. II. Scen. 2.

3. *ad te rerum ſumma redit*] Locutio ſumta ab iis, quibus aut reipublicae cura aut bellorum gerundorum praefectura mandata. Iis enim *ſumma rerum* committi dicitur. Caeſ. de B. C. III. 5. *ad hunc ſumma imperii reſpiciebat.* v. Drakenb. ad Liv. VIII. 26.

4. *Tute hoc intriſti*] i. e. tu huius mali auctor es, tu etiam poenam lues. Metaphora a genere cibi quod *intritum* vocant. v. interpret. ad Phaedr. I. 26. 7.

5. *eccere*] vel pro *ecce* dicitur, vel eſt ius iurandum, quaſi dicas: per Cererem, ut *Ecaſtor, Aedepol*, etc. v. Feſt. in hac voce.

7. *Cedo ſenem*] i. e. veniat ſi vult, Phaedr. V. 2. 4. *cedo illum iam curabo ſentiat quos* etc.

9. *in me omnem iram derivem*] i. e. convertam. Cic. ad Attic. IV. 3. *id poterat inficiari, poterat in alios derivare* pro Milone c. 10. *dicam non derivandi criminis cauſa ſed ut factum eſt.* v. Lambin. ad Lucret. II. 365.

11. *ne iſtaec fortitudo in nervum erumpat*] h. e. ne propter iſtam fortitudinem in vincula

Non ita eſt. Factum eſt periclum. [83] Iam pedum viſa [84] eſt via. [85]
Quot me cenſes homines iam deverberaſſe [86] usque ad necem
Hoſpites, [87] tum cives? Quo magis novi, [89] tanto ſaepius. [90]
Cedo dum, [91] en unquam iniuriarum [92] audiſti mihi? Scriptam dicam. *) [93]
GE. Qui iſtuc? PHO. Quia non recte accipitri tenditur neque milvo
Qui malefaciunt nobis, [94] illis qui nihil faciunt, tenditur,
Quia enim in illis fructus eſt, in illis opera luditur [95]

83) probatio 84) al. videnda. al. cauſa 85) eamus ergo ad illum 86) mea calliditate 87) primum 89) cives erant 90) verberabam 91) dic adhuc 92) aliquid illatum *) *edit. ponit ſignum interrogation. non poſt* mihi *ſed* dicam 93) traditam Antiphoni legibus 94) ego qui pauper ſum non incurram 95) deluditur quia non comeduntur.

---

coniiciaris. infra IV. 4. 15. *noſtra cauſa in nervum ibit.* Nervus eſt ligneum vinculi genus, in quod pedes reorum immittebantur et nervis animalium vinciebantur. v. Feſt. in h. voce et Salmaſ. de modo uſurar. p. 812.

12. *iam pedum viſa eſt via*] i. e. iam perſpecta mihi ratio eſt, qua pedes nervum effugere poſſint.

13. *deverberaſſe usque ad necem*] h. e. per fraudem et calumniam bonis evertiſſe ac ſpoliaſſe. Sic *verberare* pro *argento emungere* apud Plaut. in Pſeud. I 5. 60. *alio tu modo. Me verberare, atque ego te ſoleo cogitas.* Simili ratione *iugulare, interimere, conficere, lacerare* etc. non mortem, ſed grave aliquod damnum ſignificant, quas locutiones exquiſita eruditione illuſtrat Duker. de latinit. veter. lCtor. p. 433.

15. *en unquam*] Formula frequens et elegans eorum qui per interrogationem vel optant vehementer vel indignantur. Plaut. in Trin. II. 4. 189. *O pater! En unquam aſpiciam te.* Liv. IV. 3. *En unquam creditis fando auditum eſſe.* Sil. Italic. XVI. 91. *An unquam lucebit in orbe Ille dies* interpret. ad Liv. XXIV. 14. XXX. 21.

Aliis 96) aliunde eſt periclum, unde aliquid abradi 97) poteſt.
Mihi ſciunt nihil eſſe; dices. 98) Ducent 99) damnatum domum.
Alere nolunt hominem edacem 1) Et ſapiunt quidem mea ſententia, 2)
Pro maleficio ſi beneficium ſummum 3) nolunt reddere 4)
GE. Non poteſt ſatis pro merito 5) ab illo 6) tibi referri gratia.
PHO. Immo enim nemo ſatis pro merito 7) gratiam regi refert, 8)
Tene adſimbolum *) venire unctum atque lautum e balneis
Otioſum ab animo, 9) cum ille 10) et cura et ſumptu abſumitur 11)
Dum tibi ſit quod placeat. Ille ringitur, 11 a) tu rideas.

96) diverſis hominibus 97) abſtrahi 98) mihi. vel? 99) te 1) me 2) et ego tibi dico i. e. ſapienter agunt meo iudicio 3) victum 4) mihi vel alicui innocenti 5) tuo 6) Antiphone 7) ſecundum quod dignus eſt 8) quod periculo opponens ſe libertatem patriae donat *) *edit.* aſymbolum 9) placet 10) dives quilibet 11) vel aſſumitur 11 a) animo conſtringitur.

---

19. *unde aliquid abradi poteſt*] h. e. a quibus aliquid pecuniae auferri poteſt. Imitatur Cicero pro Caec. c. 7. *poſteaquam videt nihil ſe ab Caecina poſſe litium terrore abradere.*

25. *unctum atque lautum*] Veteres quotidie ſolebant ſe ante coenam lavare in balneo et ungere. v. Cic. ad Attic. XIII. ep. ult. *poſt horam VIII in balneum — unctus eſt, accubuit.*

26. *Otioſum ab animo*] i. e. vacuum curis et ſollicitudine. Salluſt. in Iug. c. 52. *animo vacuum accepit.* ubi v. Cort. Praepoſitio *ab* plerumque omittitur.

27. *dum tibi ſit*] Guilielmius quaeſt. Plaut. c. 81. e Mſtis eleganter legit *dum tibi ſit.* Nam *fieri* proprium verbum eſt in conviviis, cum deliciae inſtruuntur. Petron. c. 26. *noſcitis hodie apud quem fiat?* ubi v. interpret. edit. Burm. p. 127.

ringitur] h. e. iraſcitur, ſtomachatur. Cic. ad Attic. IV. 5. *hi ſubringentur qui villam me moleſte ferunt habere. Ringi* proprie dicuntur canes, cum ri-

Prior bibas, prior decumbas, coena dubia [12]) apponitur.
GE. Quid iſtuc verbi eſt? PHO. Ubi tu dubites, quid ſumas potiſſimum?
Haec cum ratione ineas quam ſint ſuavia et quam cara ſint.
Ea qui praebeat, non tu hunc habeas plane praeſentem Deum?
GE. Senex adeſt vide quid agas. Prima coitio [13]) eſt acerrima.
Si eam ſuſtinueris, poſt illa [14]) iam ut lubet ludas licet.

12) lauta 13) prima locutio vel conventus 14) deinde.

ctum deducunt latraturi vel morſuri. v, Lambin. ad Hor. Epiſt. II. 2. 128.

28. *decumbas*] proprium verbum de convivis. Sueton. in Claud. c. 33. *ictus nidore prandii quod in proxima Martis aede Saliis apparabatur — aſcendit ad ſacerdotes unaque diſcubuit* ubi v. Oudendorp. Frequentius eſt *diſcumbere*.

coena dubia] *coena dubia* quae ſit, ipſe explicat Terentius nempe lautiſſima, in qua dubites, quid appoſitarum deliciarum potiſſimum ſumas. Horat. Serm. II. 2. 76. *pallidus omnis coena de ſurgit dubia.* Sic *dubia cuſpis* a Sil. Ital. IV. 188. *dubia meditatus cuſpide vulnus* dicitur, quam quis manu tenet, dubitans quem primum impetat. v. Drakenb. ill. loc.

31. *praeſentem Deum*] praeſentes Dii perpetuo epitheto dicuntur, quod promti ſint ad opem ferendam, faventes, propitii. Virgil. Ecl. I. 42. *nec tam praeſentes alibi cognoſcere Divos.* Ovid. Triſt. V. 2. 45. *alloquor en abſens praeſentia numina ſupplex* ubi v. Heinſ. Hinc etiam manarunt locutiones *praeſens animus, praeſens venenum, praeſens auxilium, praeſens peſtis.* v. Lambin. ad Horat. Carm. I. 35. 2.

33. *ludas*] *ludere* eſt ad armorum peritiam exerceri, non vere pugnare. Ovid. Triſt. III. 12. 19. *levibus nunc luditur armis.* v. Broukhuſ. ad Tibull. I. 4. 51.

(Actus II. Scena III. DEMIPHO. GETA. PHORMIO.

DEMIPHO. [15]) En unquam cuiquam contumelioſius
Audiſtis factam iniuriam quam haec eſt mihi?
Adeſte quaeſo. GE. Iratus eſt. PHO. Quin tu hoc ages? [16])
Iam ego hunc agitabo. Pro [17]) Deum immortalium [18]) fidem. *)
Negat Phanium eſſe hanc ſibi cognatam Demipho?
Hanc Demipho negat eſſe cognatam? [19]) GE. Negat.
PHO. *) Neque eius patrem ſe ſcire qui fuerit? [20]) GE. Negat.
DEM. Ipſum eſſe [21]) opinor de quo agebam; ſequimini.
PHO. Nec Stilphonem [22]) ipſum ſcire qui fuerit? [23]) GE. Negat.
PHO. Quia egens relicta eſt miſera, ignoratur parens, [24])
Neglegitur ipſa; vide, avaritia quid facit.
GE. Si erum inſimulabis malitiae, male audies.

15) Conductis ſecum teſtibus a foro loquitur Demipho 16) quid vis fugere. 17) exclamatio 18) atque hominum *) *edit om.* fidem 19) finite loquitur *) *edit. transponit hunc et ſequent. verſ. prob. Bentl.* 20) negat 21) Phormionem 22) patrem puellae qui et Dirier 23) negat 24) pater illius.

Act. II. Scen. 3.

4. *agitabo*] i. e. vexabo. Flor. I. 8. p. 35. ubi v. Duker. Translatio eſt a feris, quae a venatoribus excitantur cubilibus ſuis et agitantur.

10. *ignoratur parens*] i. e. contemnitur quaſi ignotus. *Ignorare aliquem* ſignificat, aliquem agnoſcere nolle, quaſi alienum et ignotum negligere. Plaut. in Amphitr. IV. 5. 14. *quem omnes mortales ignorant Vel ludificant ut lubet.* v. Jan. Guilielm. in quaeſt. Plautin. p. 16.

12. *male audies*] *male audire* eſt vituperari. Contra *bene audire*, laudari.

DEM. O audaciam etiam; me ultro accuſatum 25) advenit?
PHO. Nam iam adoleſcenti 26) nihil eſt quod ſuſcenſeam,
Si illum 27) minus norat. Quippe homo iam grandior, 28)
Pauper cui 29) in opere *) vita erat ruri fere
Continebat, 30) *) ibi agrum de noſtro patre
Colendum habebat. Saepe interea mihi ſenex 31)
Narrabat ſe hunc 32) neglegere cognatum ſuum.
At quem virum? 33) Quem ego viderim in vita optimum.
GE. 34) Videas 35) te atque 36) illum ut narras. PHO. Abi hinc *) in malam crucem.
Nam ni ita eum 36 a) exiſtimaſſem, nunquam tam graves
Ob hanc 37) inimicitias caperem in noſtram familiam.
Quam is 38) aſpernatur nunc inliberaliter? 39)
GE. Pergin 40) ero 41) abſenti male loqui impuriſſime?

25) ad accuſandum 26) Antiphoni 27) patrem puellae 28) Demipho illum ignorat 29) Stilphoni *) *edit.* cui opera *improbante Bentl.* 30) ſe cont. *) *edit. et Bentl.* Se continebat 31) Stilpho 32) Demiphonem 33) dico 34) Scienter Geta loquitur ita ut dominus ſuus audiret 35) ita 36) ſicut illum *) *edit. omitt.* abi hinc 36 a) Stilphonem 37) puellam 38) Demipho 39) inhumane 40) perſeveras 41) de ero.

17. *cui opera vita erat*] h. e. qui ex opera quotidiana ſibi victum comparabat. *Vita* pariter ac Βίος apud Graecos pro *victus* ponitur Plaut. in Sticho III. 2. 9. *Nam ut illa vitam repperit hodie ſibi.* v. Gronov. de pecun. vet. II 7.

18. *Colendum habebat*] conductum agrum colere, paupertatis indicium erat. Virgil. Aen. XII. 520. *conductaque pater telture ſerebat.* v. Broukh. ad Tibull. Eleg. I. 7. 50.

20. *At quem virum*] de hac laudandi formula. v. not. ad Eun. III. 5. 42.

21. *Videas te atque illum*] locus foediſſime corruptus de quo v. Bentl. coniecturas.

PHO. Dignum autem 42) *) illo eſt. GE. Ain tandem? Carcere 43) *) DEM. Geta.
GE. Bonorum extortor, legum contortor. DEM. Geta.
PHO. Reſponde. GE. Quis homo eſt? hem. DEM. Tace. GE. Abſenti tibi
Te indignas ſeque indignas contumelias
Nunquam ceſſavit dicere **) DEM. Deſine 44) *)
Adoleſcens, primum abs te hoc bona venia expeto,
Si tibi placere potis eſt mihi ut reſpondeas,
Quem amicum tuum ais fuiſſe iſtum explana mihi,
Et qui cognatum me ſibi diceret eſſe.
PHO. Proinde expiſcare 45) quaſi non noſſes. DEM. Noſſem. PHO. Ita.
DEM. Ego? 46) men? 47) ego? 48) *) tu qui ais redige in memoriam.
PHO. Eho, tu ſobrinum tuum non noras? DEM. Enecas 49)
Dic nomen. PHO. Nomen? Maxume. DEM. Quid nunc taces?
PHO. 50) Perii. hercle nomen perdidi. DEM. Hem quid ais?

42) hoc *) *edit. et Bentl. add.* hoc 43) dignus es *) *edit.* et *Bentl.* carcer. *quam lectionem poſtulare videtur nota marginalis* convitium in Phormionem, *niſi ad ſequentia verba Getae referenda eſt* **) *edit. add.* hodie *improb. Bentl.* 44) o Phormio *) *edit.* ohe deſine 45) expiſcaris; ita inveſtigas a me 46) noſſem 47) ſcire 48) noſſem *) *edit et Bentl.* ego me nego 49 me iugulas. fallis. circumvenis 50) ſecum.

---

26. *carcer*] *carcer* dicit pro carcerario vel carcere digno. Lucil. apud Donat. ad h. l. *carcer, vix carcere dignus.* Ad eandem normam a comicis dicuntnr *crux,* patibulum. v. celeb. Hemſterhuſ. ad Thom. Magiſtr. p. 140.

31. *bona venia*] idem valet, quod *pace tua.* Pro eo etiam dicitur *cum bona venia, cum bona pace* ut ap. Liv. XXIX. 17. *Cum bona venia audiatis id quod invitus dicam.* Utrumque coniungit Arnobius I. p. 5. *cum pa-*

PHO. Geta, ſi meminiſti id [51]) quod dictum eſt, [52]) ſubice. Em.
Non dico, quaſi non noris [53]) temptatum [54]) advenis. [55])
DEM. Egon autem tempto? GE. Stilpho. PHO. Atque adeo [56]) quid meae [57]) *)
Stilpho eſt. DEM. Quem dixti? PHO. Stilphonem inquam noveras. *)
DEM. Neque ego illum noram neque mihi cognatus fuit
Quisquam iſto nomine. PHO. Itane non te pudet horum? [58])
At ſi talentum [59]) rem reliquiſſet [60]) decem? [61])
DEM. Dii tibi malefaciant. PHO. Primus eſſes, memoriter
Progeniem veſtram usque ab abavo atque atavo proferens.
DEM. Ita ut dicis. Ego tum ſi adveniſſem, qui [62]) mihi
Cognata ea eſſet dicerem; itidem [63]) tu face.
Cedo qui [64]) eſt cognata. GE. Heu noſter recte; heus tu cave.
PHO. Dilucide expedivi, [65]) quibus me oportuit
Iudicibus; tum id ſi falſum fuerat, filius
Cur non refellit? DEM. Filium narras mihi

51) nomen 52) a me dum in via eſſemus 53) illum 54) ad temptandum 55) o Demipho 56) certe *) *edit.* mea? 57) quid ad me pertinet *) *edit. interrogat uti olim MS.* 58) quae dicis 59) pro talentorum 60) tibi 61) noſſes illum et progeniem eius 62) quomodo 63) ſimiliter 64) dic quomodo 65) perfeci.

---

ce hoc veſtra et cum bona venia dixerim. v. Drak. ad Liv. III. 19. VII. 41.

40. *ſubiice*] i. e. ſuggere, mone. Virgil. Aen. III. 314. *Vix pauca furenti Subiicio* Propert. I. 7. 20. *Nec tibi ſubiiciet carmina ſerus amor* ubi v. Broukhuſ.

47. *Di tibi male faciant*] contraria formula eſt in Ad. V. 7. 19. *Di tibi bene faxint.*

Cuius de ſtultitia dici ut dignum eſt non poteſt?
PHO. [66]) At tu qui ſapiens es, magiſtratus adi,
Iudicium de eadem cauſa iterum ut reddant tibi,
Quandoquidem ſolus regnas, et ſoli licet
Hic [67]) de eadem cauſa bis iudicium adipiſcier.
DEM. Etſi mihi facta iniuria eſt, verumtamen
Potius quam litis ſecter, aut quam te audiam [68])
Itidem ut [69]) cognata ſi ſit, id quod lex iubet
Dotem dare, [70]) abduce hanc, minas quinque accipe.
PHO. [71]) Ha, ha, he. homo ſuavis. DEM. quid eſt? Num iniquum poſtulo?
Anne hoc ego adipiſcar quod ius publicum [72]) eſt
PHO. Itane tandem quaeſo item ut [73]) meretricem ubi [74]) abuſus ſis
Mercedem dare lex iubet ei, atque amittere? an
Ut ne quid civis turpe in ſe amitteret
Propter egeſtatem, proximo iuſſa eſt dari,
Ut cum uno [75]) aetatem degeret quod tu vetas?

66) yronicos 67) in hac civitate 68) qui me hortaris ad magiſtratum ire 69) quaſi 70) praecipiam dare tibi 71) yronicos 72) quod lex publica poſcit i. e. iuſtum iudicium 73) ſimiliter quaſi 74) poſtquam 75) ſcilicet viro.

---

58. *ſolus regnas*] i. e. ſolus tam potens es, ut tibi liceat facere quae lubet in Ad. II. 1. 21.

63. *accipe*] ſcilicet in dotem. Petron. c. 74. *ſeſtertium centies accipere poteris* ſcil. in dotem v. Burm. p. 480.

64. *homo ſuavis*] i. e. ſtultus. Sic Graeci fatuum ἡδὺν et γλυκὺν dicunt. v. quae notavimus ad Timaei lexic. Platonic. p. 95.

65. *ius publicum*] hoc loco eſt ius commune, quod ad omnes cives pertinet, nec, ut aliis locis, opponitur iuri privato. Cic. de Offic. I. 19. *neque diſceptatione vinci ſe nec ullo publico ac legitimo iure patiantur*. Idem pro Domo c. 13. intelligit civile vel privatum. *Nego potuiſſe iure publico, legibus iis quibus haec civitas utitur, quemquam civem ulla eiusmodi calamitate affici ſine iudicio*. v. Duker. ad Liv. XLV. 18. et Erneſt. in clave Cicer. voce *ius*.

DEM. Ita proximo quidem; 76) at nos unde 77) aut quam ob rem? 78)
PHO. Ohe. actum aiunt; ne agas. DEM. Non agam. Immo haud deſinam,
Donec perfecero hoc. PHO. Ineptis. 79) DEM. Sine modo.
PHO. Poſtremo tecum nihil rei Demipho eſt.
Tuus 80) eſt dampnatus gnatus, non tu; nam tua
Praeterierat iam ad ducendum aetas. DEM. Omnia haec
Illum 81) putato quae ego nunc dico dicere
Aut quidem 82) cum uxore hac, ipſum prohibebo domo. 83)
GE. Iratus eſt. PHO. Tute idem melius feceris.
DEM. Itan es paratus facere me advorſum omnia
Infelix? PHO. Metuit hic 84) nos tamen, etſi *) ſedulo
Diſſimulat. GE. 85) Bene habent 86) tibi principia. PHO. Quin 87) quod eſt
Ferendum feras, *) tuis dignum factis feceris, 88)
Ut amici inter nos ſimus. DEM. Egon tuam expetam
Amicitiam, aut te viſum, aut auditum velim?
PHO. Si concordabis cum illa, 89) habebis quae tuam
Senectutem oblectet. Reſpice aetatem tuam.

76) lex praecipit 77) ſumus proximi 78) dabimus dotem 79) ſtulte agis 80) ſiquidem tuus 81) filium tuum 82) certe 83) a domo mea 84) Demipho *) *edit.* tametſi 85) ſecum Geta dixit 86) ſe habent 87) quid facias *) *edit.* fers *prob. Bentl.* 88) o Demipho.

---

72. *Actum, aiunt, ne agas*] i. e. noli fruſtra operam ponere in re iam iudicata. v. not. ad Ad. II. 2. 24.

78. *prohibebo domo*] pro *a domo* Salluſt. Iug. c. 21. *Numidas inſequentes moenibus prohibuit.*

81. *Infelix*] i. e. improbus ut apud Graecos κακοδαίμων, apud

DEM. Te oblectet, tibi habe. PHO. Minue vero iram. HEGIO. *) hoc age.
Satis iam verborum eſt. DEM. Niſi tu properes **) mulierem
Abducere, 90) ego illam eiciam; dixi Phormio. 91)
PHO. Si tu illam attigeris ſecus quam dignum eſt liberam,
Dicam tibi, inpingam grandem, 92) dixi Demipho. 93)
Si quid opus fuerit, heus domo me. 94) GE. Intelligo.

(Actus II. Scena IV. DEMIPHO. GETA. HEGIO. CRATINUS. CRITO.)

DEM. Quanta me cura et ſollicitudine afficit
Gnatus, qui me et ſe hiſce impedivit nuptiis,
Neque mihi in conſpectum prodit, ut ſaltem ſciam
Quid de hac re dicat, quidve ſit ſententiae.
Abi tu 95) viſe, 96) redieritne iam an nondum domum. 97)
GE. Eo. 98) DEM. Videtis quo in loco res haec ſiet?
Quid ago? Dic Hegio. HE. 99) Ego cratinum cenſeo

89) uxore filii tui *) *edit. et Bentl. tribuunt Demiphoni cui certe minus conveniunt* **) *edit.* properas *prob. Bentl.* 90) a domo tua 91) o Phormio 92) colaphum *quae gloſſa eraſa eſt pariter ac punctum poſt* tibi, *unde h. l. ſcholiaſten recte cepiſſe* dicam *patet* 93) o Demipho 94) repperietis 95) o Geta 96) vide 97) ad domum 98) pergo 99) advocatus loquitur.

Gallos *malheureux.* Plaut. in Ciſtell IV. 2. 17. *me infelicem et ſceleſtam.*

90. *dixi*] hic habet vim confirmandi et aſſeverandi, ſe non mutaturum ſententiam. v. Eun. V. 8. 36.

93. *ſi quid opus fuerit domo me*] ſcilicet compelle, ſi quid opus eſt. Solemnis formula eſt Plaut. in Ciſtell. IV. 2. 56. *ſi quid eſt opus dic; impera et tu*

Act. II. Scen. 4.

2. *impedivit*] i. e. implicuit. v. not. ad Andr. III. 5. 11.

7. *dic Hegio*] verbo *dic* utebantur iudices, cum advocatos

Si tibi videtur. 1) DEM. Dic Cratine. CRATINUS. Menevis?
DEM. Te. CRA. Ego quae in rem tuam 2) ſint ea velim facias; mihi
Sic hoc videtur. quod te abſente hic filius
Egit, reſtitui in integrum 3) aequum ac bonum eſt,
Et id impetrabis. 4) dixi. DEM. Dic nunc Hegio.
HEG. Ego ſedulo 5) hunc dixiſſe credo. Verum ita eſt.
Quot homines tot ſententiae. Suus cuique mons. 6) *)
Mihi non videtur, quod ſit factum legibus,
Reſcindi poſſe, et turpe incoeptu eſt. DEM. Dic Crito. 7)
CR. Ego amplius deliberandum cenſeo.
Res magna eſt. HEG. Nunquid nos vis? 8) DEM. Feciſtis probe. 9)
Incertior ſum multo quam dudum. GE. Negant 10)

1) primum iudicare 2) in utilitatem tuam 3) reddi uxorem 4) apud iudices 5) recte 6) al. mos *) *edit. et Bentl.* mos 7) o Crito. 8) amplius morari 9) yronicos 10) ſamuli

---

cauſam narrare, et coſules, cum ſenatores ſententiam dicere iubebant. v. Briſſon. de formulis V. 4. 23.

11. *reſtitui in integrum*] *in integrum* ICti dicunt pro *reſtituere in priſtinam cauſam, in priſtinum ius.* Nec tantum perſonae, ſed etiam res in integrum reſtituuntur. Sic in lege VIII. §. ult. Pandectar. de bonis liberorum in integrum reſtituere rerum, fructuum etc.

13. *ſedulo*] hic pulchre convenit etymologica ratio, qua Grammatici *ſedulo* ex *ſe dolo* i. e. ſine dolo natum putant. Cic. pro Cluent. c. 21. *Hoc quanquam ſedulo faciebat, tamen interdum non defendere ſed praevaricari [accuſationi] videbatur.*

17. *amplius deliberandum cenſeo*] Formula e iudiciis ducta. Nam iudices cum ſignificare vellent, rem intricatam eſſe et nondum definiri poſſe, vel cum ſpatium reo dare vellent, dicebant *amplius* aut *non liquet.* Unde *ampliare* eſt differre ſententiam, diutius velle de cauſa deliberare. v. Briſſon. de formulis V. 4. 55.

18. *res magna*] i. e. magni momenti. Nep. in Attico c. 4. *et ſi qua res maior acta eſt.* Cic. ad Div. II. 6. *ſi quae magna res mihi petenda eſſet.*

Rediſſe. [11]) DEM. Frater [12]) eſt expectandus mihi.
Is quod *) dederit de hac re conſilium id exſequar. **)
Percontatum ibo ad portum, quoad [13]) ſe recipiat.
GE. [14]) At ego Antiphonem quaeram, ut quae acta hinc ſint ſciat.
Sed eccum ipſum video in tempore [15]) huc ſe recipere.

(Actus III. Scena I. ANTIPHO. GETA.)

ANTIPHO. [16]) Enimvero Antipho multis modis *) cum iſtoc animo es vituperandus.
Itane hinc abiſſe, [17]) et vitam tuam tutandam aliis dediſſe?
Alios tuam rem crediſti magis quam te animadverſuros? [18])
Nam ut ut [19]) erant alia, illi certe quae nunc tuae *) domi eſt conſuleres, [20])
Ne quid propter tuam fidem decepta pateretur mali,
Cuius nunc miſerae ſpes opesque ſunt in te uno [21]) omnes ſitae.
GE. Et quidem *) ere [22]) nos iamdudum hic te abſentem incuſamus, [23]) qui abieris.

11) Antiphonem 12) meus Chremes *) *edit. et Bentl. add.* mihi **) *edit. et Bentl.* ſequar *prob. Bentl.* 13) quousque 14) ſecum 15) oportune 16) Semetipſum redarguit Antipho quod ipſe ſuam cauſam fugerit atque aliis commiſerit *) *edit.* multimodis *prob. Bentl.* 17) debueras 18) proſecuturos 19) utcunque *) *edit.* tibi *prob. Bentl.* 20) provideres 21) in me *) *edit.* equidem *improb. Bentl.* 22) o domine 23) incuſamus maiores, accuſamus minores.

Act. III. Scen. I.

5. *ne quid potiretur mali*] *potiri* ex iis verbis eſt quae in meliorem et deteriorem partem dicuntur. Plaut. in Epidic. IV. 1. 35. *hoſtium'ſt potita.* in Rud. I. 3. 7. *haud labori eſt, laborem hunc potiri* v. Gro-

ANT. Te ipſum quaerebam. GE. Sed ea cauſa nihilo magis [24] defecimus. [25]
ANT. Loquere obſecro, quonam in loco ſint res et fortunae meae.
Nunquid patri ſubdolet? [26] *) GE. Nihil etiam. ANT. Ecquid ſpei porro eſt? GE. Neſcio. ANT. Ah.
GE. Niſi, [27] Phedria haud ceſſavit pro te eniti. [28] AN. Nihil feci novi. [29]
GE. Tum Phormio itidem hac *) re ut in aliis ſtrenuum hominem [30] praebuit.
AN. Quid is fecit? GE. Confutavit [31] verbis admodum iratum patrem.
AN. Heu Phormio. GE. Ego quod potui porro. [32] ANT. Mi Geta omnes vos amo.
GE. Sic habent principia ſeſe ut dico. Adhuc tranquilla res eſt.
Manſurusque [33] patruum [34] pater eſt, dum huc adveniat. ANT. Quid eum?. GE. Ut aiebat,
De eius conſilio ſeſe velle facere, quod ad rem attinet.
ANT. Quantus metus eſt mihi venire huc nunc ſalvum patruum Geta.
Nam per eius unam ut audio aut vivam aut moriar ſententiam.

24) quam ſi adeſſes 25) ego et Phormio 26) aliquid dolet meum factum *) *edit. et Bentl.* ſubolet 27) hoc ſcio 28) laborare 29) nihil novitatis egi quod alii non feciſſent *) *edit.* in hac *prob. Bentl.* 30) ſe ipſum 31) devicit 32) feci 33) expectaturus 34) tuum Chremen.

---

nov. in lection. Plaut. c. 66. et Broukhuſ. ad Propert. II. 7. 64.

11. *niſi*] pro *niſi quod* i. e. *ſed.* v. not. ad Andr. IV. 1. 40.

12. *hominem ſtrenuum praebuit*] intelligendum pronomen *ſe*, quod addunt alii.

17. *De eius conſilio*] pro *ex eius conſilio*. Sic *de ſententia alicuius aliquid facere* eſt apud Plaut. in Bachid. IV. 9. 115. et ſaepe apud Cic.

GE. Phedria tibi adeſt. ANT. Ubinam? GE. Eccum ab ſua paleſtra 35) exit foras.

(Actus III. Scena II. PHEDRIA. DORIO. ANTIPHO. GETA.)

PHEDRIA 36) Dorio, 37) audi obſecro. DO. Non audio. PHE. Parumper. DO. Quin omitte me.
PHE. Audi quod dicam. DO. At enim taedet iam audire eadem milies.
PHE. At nunc dicam, quod lubenter audias. DO. Loquere, audio.
PHE. Nequeo te exorare ut maneas triduum hoc, 38) quo nunc abis?
DO. Mirabar ſi tu mihi quicquam afferres novi.
AN. Ei, metuo lenonem ne aliquid ſuo ſuat 39) capiti. GE. Idem ego metuo.
PHE. Non mihi credis? DO. Hariolare. GE. Sin 40) fidem do? DO. Fabulae.

35) contentione quam habuit cum patre tuo pro te. Luctationem paleſtrizandi pro contentione accipe 36) Dromonem lenonem exorat Phedria ut vendat ei ſuam amicam 37) o Dorio 38) ut expectes ut non vendas eam alicui niſi mihi 39) inſuat 40) an ſi.

---

20. *palaeſtra*] *palaeſtram* metaphorice dicit lenonis domum, in qua amor aſſidue exercebatur. Similis translatio eſt apud Plaut. in Bachid. I. 2. 33. *homo adoleſcentulus Penetrare huiusmodi in palaeſtram, ubi damnis deſudaſcitur.*

Act. III. Scen. 2.

6. *ne quid ſuo ſuat capiti*] h. e. ne quid machinetur, quod in ipſius caput recidat. Sic *conſulis dolis* Plaut. in Amphitr. I. 1. 211. et ſimplex *ſutelae* pro *fraudibus* apud eundem in Captiv. III. 5. 35. Poſteriore loco refellitur Bentleius, negans *ſuere* abſolute dici pro *ſtruere*, *machinari.* Sed locus ne ſic quidem ſatis integer videtur, de quo vide Bentleii coniecturas.

PHE. Foeneratum 41) iſtuc beneficium pulchre tibi dices. DO. Logi. 42)
PHE. Crede mihi gaudebis facto; 43) verum hercle hoc eſt. 44) DO. Somnium.
GE. Experire; 45) non eſt longum. DO. Cantilenam eandem canis.
GE. Tu mihi cognatus, tu mihi parens, tu amicus 46) tu 47) DO. Garri modo.
PHE. Adeon ingenio te eſſe duro atque inexorabili 48)
Ut neque miſericordia neque precibus molliri queas?
Adeon te eſſe incogitantem 49) atque inpudentem 50) Phedria
Ut phaleratis 51) dictis ducas 52) me, et meam 53) duces gratis? *)

41) retributum vel remuneratum 42) ſermones ſunt quae loqueris et verba 43) ſcilicet ſi feceris 44) quod dixi 45) probare 46) *ſuperſcript.* mibi *tanquam pars textus* 47) loco fratris eris 48) credere poſſim 49) valde cogitantem 50) inverecundum 51) exornatis. dolo compoſitis 52) ſeducas 53) puellam *) *edit.* ductes gratiis *prob. Bentl.*

8. *Foeneratum iſtuc beneficium dices*] i. e. dices hoc benficium a te in fenore poſitum eſſe. Fateberis, te pro hoc beneficio longe maius accepiſſe. Cic. de Amicit. c. 9. *Ut benefici liberalesque ſimus; non ut exigamus gratiam (neque enim beneficium foeneramur) ſed natura propenſi ad liberalitatem ſumus.*

10. *cantilenam eandem canis*] cantilena eſt etiam id quod canitur et quod crebris ſermonibus uſurpatur. v. Cic. ad Div. XI. 20. *et totam cantilenam ex hoc pendere, ut quam plurimum lucri faciant.*

11. *tu mihi cognatus*] ſimilis blanditia eſt apud Propert. I. 11. 23. *tu mihi ſola domus tu Cynthia ſola parentes, Omnia tu noſtrae tempora laetitiae* ubi v. Broukhuſ.

12. *duro ingenio*] i. e. rigido aſpero. cui opponitur *ingenium lene* in Heaut. I. 1. 99.

15. *phaleratis dictis ducas*] *phalerata verba* ſunt ſpecioſa, ſed eadem inania. *Phalerae* proprie ſunt ornamenta argentea equorum, quae ſpeciem non uſum habent. v. Duker. ad Flor. I. 5. p. 58. Translata ſic dicitur omnis externa corporis vel fortunae pom-

AN. Miseritum est.[54] PHE. Ei, veris[55] vincor. DO. Quam uterque est similis sui.[56]
Neque Antipho alia cum occupatus esset sollicitudine,
Tum hoc esse mihi obiectum malum. ANT. Ah, quid istuc autem est Phedria?
PHE. O fortunatissime Antipho. ANT. Egone? PHE. Cui quod amas domi est,[57]
Nec cum huiusmodi unquam tibi *) usus[57a] venit ut conflictares malo.
ANT. Mihin domi est? Immo quod aiunt Auribus teneo lupum.
Nam neque quomodo a me amittam[58] invenio, neque uti[58a] retineam scio.
DO. Ipsum istuc mihi in hoc est. AN. heia, ne parum leno[59] sies;
Nunquid hic confecit?[60] PHE. Hicine? quod homo inhumanissimus[61]

54) a me Phedriae 55) verbis Dorionis 56) Antipho et Phedria dum sibi condolent 57) uxor *) *edit. omitt.* tibi 57a) opus 58) uxorem 58a) quomodo 59) deceptor 60) peccavit ex hoc 61) fecit.

...a. Persius Sat. III. 30. *ad populum phaleras; ego te intus et in cute novi. Ducere* est differe. Caesar. de B. G. I. 16. *Diem ex die ducere Aedui, conferri comportari, adesse, dicere.* v. Gronov. observat. I. 12.

meam ductes gratiis] h. e. mea fruaris gratis sine mercede.. *Ductare* obscoenum verbum Plaut. in Asin. V. 2. 12. *qui quidem cum filio Potet una atque una amicam ductet decrepitus senex.* v. Rivium ad h. l. Burmann. ad Quinctil. VIII. 3.

16. *veris vincor*] h. e. veritate, ut vulgus loquitur, mihi os obsercitur. Plaut. in Mostell. I. 2. 12. *Profecto ita esse ut praedico, vero vincam.*

23. *ne parum leno sis*] h. e. ne quid facias, quod lenonem non deceat. Saepe personae exquisita elegantia ponuntur pro moribus personarum. Ovid. Metam. VI. 629. *Sed simul ex nimia matrem pietate labare Sensit* ubi v. Heins. Valer. Flacc. V. 8. in Heaut. V. 3. 3. v. Schulting. ad Quinctil. declamat. I. 2,

Pamphilam meam vendidit. GE. quid? vendidit. ANT. Ain vendidit?
PHE. Vendidit [62]) DO. quam indignum facinus ancillam aere emptam suo.
PHE. Nequeo *) exorare ut **) maneat, et cum illo [63]) ut mutet fidem
Triduum hoc, dum id quod est promissum ab amicis argentum aufero.
Si non tum dedero, unam praeterea horam ne oppertus sies. [64])
DOR. Obtunde. *) [65]) ANT. Haud longum est *) id quod orat Dorio, exoret sine.
Idem hoc tibi quod bene promeritus fueris conduplicaverit [66])
DO. Verba istaec sunt. ANT. Pamphilamne hac urbe privari sinas?
Tum praeterea horum [67]) amorem distrahi poterin pati?
DO. Neque ego neque tu. GE. Dii tibi omnes id quod es dignus duint.
DO. Ego te complures adversum ingenium meum menses tuli,
Pollicitantem et nihil ferentem, flentem. nunc contra omnia *)
Repperi qui det; neque lacrumet. Da locum melioribus.

62) dedignando *) *edit.* neque *improb. Bentl.* **) *edit. add.* me *prob. Bent.* 63) cui vendidit 64) ne expectes *) *edit.* obtundis 65) hebeta *) *ed. om.* est 66) vel conduplicavero 67) Phedriae et Pamphilae *) *edit. add.* haec *prob. Bentl.*

---

27. *mutet fidem*] *mutare fidem cum aliquo* est fidem alicui datam fallere: quae locutio frustra suspecta erat viris eruditis. Sic in Plaut. in Pseud. I. 3. 141. dixit *perdere cum aliquo fidem.* Cic. de Offic. III. 29. *servare fidem cum aliquo* et ad eundem modum Liv. XXVIII. 17. *firmare fidem cum aliquo* ubi v. Drakenb.

ANT. Certe hercle ego ſi ſatis commemini, tibi quidem olim eſt dies
Quam adderes **) huic praeſtituta. PHE. Factum. DO. Num ego iſtuc nego?
ANT. Iam ea praeteriit? DO. Non. Verum haec 68) ei 69) anteceſſit. 70) ANT. Non pudet
Vanitatis? DO. Minime dum ob rem. 71) GE. Stercilinium. 72) *) PH. Dorio.
Itane tandem facere oportet? DO. Sic ſum. 73) ſi placeo, utere. 74)
ANT. Sicine hunc 75) decipis? DO. Immo enim vero Antipho hic me decepit. *)
Nam hic me huiusmodi eſſe 76) ſciebat, ego hunc eſſe aliter credidi.
Is me fefellit; ego iſti nihilo ſum aliter, ac 77) fui
Sed ut ut 78) haec ſunt, tamen hoc faciam. cras mane argentum mihi

**) *edit.* ad dares. 68) dies 69) dixi 70) antecedit 71) hoc ago 72) convicium in donum et antique pro ſterquilinium dixit ci ſtercilinium *) *edit.* ſterquilin. *improb. Bentl.* 73) talis 74) me 75) Phedriam *) *edit. et Bentl.* decipit 76) lenonem 77) quam 78) utcunque.

---

39. *Quam ad dares*] *ad diem dare, ſolvere* eſt praeſtituta die dare, ſolvere. Caeſ. de B. C. II. 19. *edictum praemittit ad quam diem magiſtratus — ſibi eſſe praeſto Cordubae vellet;* ubi v. interpret. Cic. ad Div. IX. 5. *mihi vero ad Nonas bene maturum videtur fore.*

41. *Vanitatis*] i. e. mendacii, perfidiae. Cic. pro Quint. c. 6. *ſi veritate amicitia — colitur: neceſſe eſt, iſte qui amicum, ſocium, affinem fama ac fortunis ſpoliare conatus eſt, vanum ſe et perfidioſum et impium eſſe fateatur* v. Erneſt. in clave Ciceron. h. voce.

ob rem] i. e. ob utilitatem. Salluſt. in Iug. c. 31. *id fruſtra an ob rem faciam, in veſtra manu ſitum;* ubi v. Cort. uſitatius dicitur *in rem.*

ſterquilinium] convitium in hominem improbum. v. Plaut. in Caſ. I. 1. 26. *Ex ſterculino eſt oſſe;* ſcribendum vero *ſterculinum* vel *ſtercilinum* ut ſit quadriſyllabum v. Bentl. ad h. l.

42. *ſic ſum*] i. e. tales ſunt mores mei, tale ingenium. v. not. ad Andr. V. 4. 16.

utere] i. e. vive, verſare mecum.

Miles dare ſe dixit. Si mihi prior tu attuleris Phedria
Mea lege utar, ut potior ſit 79) qui prior ad dandum eſt. Vale.

(Actus III. Scena III. PHEDRIA. ANTIPHO. GETA.)

Quid faciam? Unde ego nunc tam ſubito huic 80) argentum inveniam miſer,
Cui minus nihilo eſt? Quod hic ſi potuiſſet nunc exorarier, 81) *)
Triduum hoc promiſſum fuerat. 82) ANT. Itane hunc patiemur Geta
Fieri miſerum, qui me dudum ut dixti adiuverit comitem? *)
Quin cum opus eſt beneficium rurſus ei experiamur reddere.
GE. Scio equidem hoc eſſe aequum. AN. Age ergo, ſolus ſervare hunc potes.
GE. Quid faciam? AN. Invenias argentum. GE. Cupio, ſed id unde, edoce.
AN. Pater adeſt hic. GE. Scio. Sed quid tum? AN. Ah, dictum ſapienti 83) ſat eſt.
GE. Itane? AN. Ita. GE. Sane hercle pulcre ſuades. 84) Etiam tu hinc abis?
Non triumpho ex nuptiis tuis ſi nihil nanciſcor 85) mali,

79) apud me 80) lenoni 81) a me *) *edit. diſting. poſt* trid. hoc 82) mihi argentum quod poſſem dare *) *edit.* comiter *cui lectioni convenit gloſſa* pulchre. ab eo quod eſt hic et haec comes 83) alicui 84) yronicos 85) litotes.

Act. III. Scen. 3.

5. *experimur reddere*] i. e. nitimur, conamur.

7. *edoce*] i. e. plane doce. Caeſ. de B. C. III. 108. *Hunc incitatum ſuis — quae fieri vellet literis nunciisque edocuit.* Salluſt. in Catil. c. 48. *eadem quae Volturcius — de itinere hoſtium Senatum edocet.* ubi v. Cort.

Ni etiam hunc me huius 86) cauſa quaerere in malo iubeas crucem.
AM. Verum hic dicit. PH. quid ego vobis Geta alienus ſum? GE. haud puto.
Sed parumne eſt quod omnibus nunc nobis ſuſcenſet ſenex?
Ne inſtigemus etiam ut nullus locus relinquatur preci.
PH. Alius ab oculis meis illam 87) in ignotum hinc abducet locum? hem.
Dum igitur licet, dumque aſſum, loquimini mecum Antipho.
Contemplamini me. 88) AN. Quam ob rem? aut quidnam es facturus cedo. 89)
PHE. Quoquo 90) aſportabitur 91) terrarum, certum eſt perſequi 92)
Aut perire. ANT. Dii bene vortant quod agas; pedetemptim tamen
Vide ſi quid opis 93) potes afferre huic. GE. Si quid, 94) quid? 95) AN. quaere 96) obſecro,
Ne quid plus minusve faxit, 97) quod nos poſt pigeat Geta. 98)

86) Phedriae 87) Pamphilam 88) reſpectum ſolatii praebete 89) dic 90) ad quaslibet 91) Pamphila 92) nos 93) auxilii 94) poſſum 95) faciam 96) provide 97) faciat Phedria 98) o Geta.

---

11. *quaerere in malo crucem*] proverbialiter dicitur, qui in parvo malo magnum ſibi malum ultro arceſſit.

12. *alienus*] alienus eſt, quocum nulla nobis intercedit amicitia. v. Cic. ad Div. I. 9. *enitor ut neque amicis neque alienioribus opera, conſilio, labore deſim* et ibi Manut.

21. *plus minusve facere*] dicitur qui quid facit, quod in alterutram partem conſpici et notari poſſit vel in exceſſum vel in defectum, ut barbari vulgo loquuntur. Plaut. in Captiv. V. 3. 18. *cur ego plus minusve feci illi quam aequum fuit.* v. Schulting. ad Sen. Suaſor. VII. 45.

GE. Quaero; ſalvus eſt ut opinor; verum enim metuo malum.
AN. Noli metuere, una 99) tecum bona malaque tolerabimus.
GE. Quantum opus eſt tibi 1) argenti? Loquere. PH. Solae triginta minae.
GE. Triginta. hui; percara 2) eſt Phedria. 3) PH. Iſta vero 4) vilis eſt.
GE. Age, age, inventas reddam. PHE. O lepidum 5) caput. GE. Auſer te. 7) *) PHE. Iam opus eſt. GE. Iam feres.
Sed opus eſt mihi Phormionem ad hanc rem adiutorem dari. **)
ANT. Praeſto eſt; audaciſſime quidvis oneris impone, 8)
Et feret. Solus eſt homo, amico amicus. GE. Eamus ergo ad eum ocius.
PHE. Abi dic praeſto ut ſit domi.
ANT. Nunquid eſt quod opera mea vobis opus ſit? GE. Nihil; verum abi domum;
Et illam miſeram 9) quam ego nunc intus ſcio eſſe exanimatam metu,
Conſolare. Ceſſas? ANT. Nihil eſt aeque 10) quod faciam libens.
PHE. Qua via 11) iſtuc facies? GE. Dicam in itinere. Modo te hinc amove.

99) ſimul 1) o Phedria 2) puella 3) o Phedria res pretii 4) quantum apud me 5) iocundiſſimum 7) recede hinc *) *edit. add.* hinc *Bentl.* auferte **) *Qui hunc ſequitur verſus in edit.* PHE. Abi, dic praeſto ut ſit domi *in MS. noſtro transpoſitus eſt* 8) Phormioni 9) Phanium 10) ut iſtud 11) ratione.

---

34. *in itinere*] iter etiam de brevi itinere intra ipſam urbem dicitur. Phaedr. III. 19. 5. *circueunti fuerat quod iter longius effecit levius* et Schwarz. ad Plin. Paneygr. c. 76. *iter illi ſaepius in forum, frequenter tamen et in campum.*

te hinc amove] i. e. hinc diſcede. Sueton. in Tiber. c. 10.

(Actus IV. Scena I. DEMIPHO. CHREMES.)

DEMIPHO. [12]) Quid, qua profectus cauſa hinc es Lemnum Chremes, [13])
Adduxtin tecum filiam? CHR. Non. DE. Quid ita non?
CH. Poſtquam videt me eius mater eſſe hic diutius [14])
Simul autem non manebat [15]) aetas virginis
Meam neglegentiam, ipſam [16]) cum omni familia
Ad me [17]) profectam eſſe aiebant. DE. Quid illic tam diu
Quaeſo igitur commorabare, [18]) ubi [19]) id audiveras?
CH. Pol me detinuit morbus. DE. Unde, [20]) aut qui? [21]) CH. Rogas?
Senectus ipſa morbus eſt. Sed veniſſe eas
Salvas audivi ex nauta, qui illas vexerat.
DE. Quid gnato obtigerit me abſente audiſtin Chreme?
CH. [22]) Quod quidem me factum conſilii incertum [23]) facit.

12) Iam Chremete revertente de Lemno alloquitur eum Demipho 13) o Chremes 14) apud Athenas morari 15) non expectabat 16) matrem 17) huc Athenas 18) commorabaris 19) poſtquam 20) conſiſtit ille morbus 21) fuit ille morbus 22) deeſt audivi quidem. 23) ut dubius ſim conſilii.

ſtatuit repente ſecedere ſeque e medio quam longiſſime amovere.

Act. IV. Scen. I.

1. *Quid? qua cauſa*] eſt formula interrogandi. Plaut. in Bacch. II. 3. 15. *quid hoc? qua cauſa eum hinc in Epheſum miſeram* ubi v. Gronov. Petron. c. 26. *Quid? vos, inquit, neſcitis hodie apud quem fiat?*

4. *manebat*] i. e. exſpectabat. v. Lambin. ad Horat. I. 28. 33. *vicesque ſuperbae Te maneant ipſum.*

Nam hanc conditionem [23a]) ſi cui tulero extrario, [24])
Quo pacto aut unde mihi ſit [25]) dicendum ordine eſt.
Te mihi fidelem eſſe atque [26]) egomet ſum mihi [27])
Sciebam. *) Ille [28]) ſi me alienus affinem volet,
Tacebit dum intercedet familiaritas.
Sin ſpreverit [29]) me plusquam opus eſt ſcito ſciet,
Vereorque ne uxor aliqua [30]) hoc reſciſcat mea.
Quod ſi ſciet, *) ut me excutiam [31]) atque egrediar domo
Id reſtat. Nam ego meorum ſolus ſum meus. [32])
DE. Scito *) ita eſſe, et ideo iſtaec res mihi ſollicitudini eſt,
Neque **) defeciſcar [33]) unquam ego experirier,
Donec tibi id quod pollicitus ſum effecero. [34])

23 a) quam habeo de alia uxore. 24) pro extraneo 25) iſta filia quae huc venit 26) ſicut 27) ideo dixi *) *edit.* ſcibam *prob, Bentl.* 28) quilibet 29) denudando meum facinus 30) aliquatenus *) *edit. et Bentl.* ſit 31) ab ea 32) mearum rerum ſolus ſum meae poteſtatis *) *edit. et Bentl.* ſcio **) *edit. add.* adeo 33) deficiam *) *edit. et Bentl.* deſetiſcar 34) donec filio meo illam tradam.

---

13. *hanc conditionem ſi cui tulero*] *ferre conditiones* eſt offerre. Caeſ. de B. G. IV. 11. *ea conditione quae a Caeſare ferretur.* Liv. XXXIV. 59. *ex duabus conditionibus, quae datae ſunt, legite;* ubi v. interpretes. *Conditio* h. l. eſt matrimonium vel uxor, quam vocis vim ſupra explicuimus.

extrario] i. e. alieno, nulla nobis cognatione coniuncto. Forma *extrarius* Mureto ad h. l. non ſatis latina videbatur, ſed ab idoneis ſcriptoribus uſitatam eſſe oſtendimus ad Rutil. Lup. p. 43.

20. *ut me excutiam*] i. e. ut me eiiciam domo, ut hinc fugiam. Cic. Philipp. II. 22. *conſules ex Italia excuſſos* v. Broukhuſ. ad Tibull. II. 6. 12.

21. *ego meorum ſolus ſum meus*] h. e. nemini domeſticorum meorum credere poſſum, omnes cum uxore conſentiunt. Ludit in duplici ſenſu pronominis *meus.* Nam *mei* primum ſunt, qui e familia ſunt, deinde qui mearum partium ſunt, qui mecum ſentiunt. Caſſ. Cicer. epiſt. XII. 12. *Crede mihi hunc exercitum quem habeo ſenatus atque optimi cuiusque eſſe, maximeque tuum.*

(Actus IV. Scena II. GETA.)

GETA. 35) Ego hominem callidiorem vidi neminem
Quam Phormionem. Veni *) ad hominem 36) ut dicerem
Argento *) opus esse, et id quo pacto fieret 37) *)
Vix dum 37 a) dimidium dixeram, intellexerat.
Gaudebat, me laudabat, quaerebat senem, 38)
Diis gratias agebat tempus sibi dari,
Ubi Phedriae se ostenderet nihilominus
Amicum se *) esse quam Antiphoni. Hominem 39) ad forum
Iussi opperiri, eo me senem 40) esse adducturum.
Sed eccum ipsum. 41) Quis est ulterior? 42) Atat Phedriae
Pater 43) venit. Sed 44) quid pertimui autem belua?
An quia quos fallam pro uno 45) duo sunt mihi dati?
Commodius esse opinor duplici spe utier 46)
Petam 47) hinc unde a primo institui. Si is 48) dat, sat est.

35) Revertens Geta a Phormione ad quem ierat consilium capere de argento secum loquebatur *) *edit. et Bentl.* venio 36) Phormionem *) *edit.* argentum *prob. Bentl.* 37) dicerem *) *edit. disting. post* fieret *ad quam distinctionem, quanquam codici abest, refertur glossa praecedens* 37 a) adhuc 38) nostrum Demiphonem *) *edit. omitt.* se 39) Phormionem 40) nostrum Demiphonem 41) senem Demiphonem 42) senex posterior qui post illum graditur 43) Chremes 44) ad semetipsum loquitur 45) sene 46) spem habere ambos senes decipi a me 47) argentum a Demiphone 48) Demipho.

Act. IV. Scen. 2.

3. *fieret*] i. e. conficeretur Plaut. in Pseud. I. 3. 67. *Iam hercle vel ducentae fieri possunt praesentes minae.*

14. *a primo*] scilicet *principio* plene dicitur pro *primo*, ut *ad primum* pro *primum*. infra IV. 3. 37. Cic. in Orat. c. 8. *Demosthenes summissius a primo deinde dum de legibus disputat pressius, post sensim incedens.* Philipp. II. 30. *consilium a primo reprehendere.* v. Gronov. ad

Si ab hoc nihil fiet, tum hunc 49) adoriar hoſpitem.

(Actus IV. Scena III. ANTIPHO. GETA. CHREMES. DEMIPHO.)

ANT. Exſpecto quam mox recipiat ſeſe Geta.
Sed patruum video cum patre aſtantem. Ei mihi
Quam timeo adventus huius quo impellat patrem.
GE. Adibo hoſce, o noſter Chremes. CH. Salve Geta.
GE. Venire ſalvum volupe 50) eſt. CH. Credo. GE. Quid agitur?
CH. Multa advenienti ut fit nova 51) hic compluria.
GE. Ita, de Antiphone audiſtin quae facta? 52) CH. Omnia.
GE. Tun 53) dixeras huic? 54) Facinus indignum 55) Chreme. 56)
Sic circumiri. 57) DE. Id cum hoc 58) agebam 59) incommodum.
GE. Nam hercle ego quoque id quidem agitans mecum ſedulo, 60)
Inveni ut opinor remedium huic rei. DE. Quid Geta?

49) Chremetem modo advenientem 50) delectatio 51) nuntiata ſunt 52) ſunt 53) o Demipho 54) Chremeti 55) ſicut Phormio eum decepit 56) o Chreme 57) circumveniri adoleſcentem 58) ſcilicet Chreme 59) Geta 60) hic iam incipit illos ſenes decipere.

Senec. de vita beata c. 7. et ad Quaeſt. natur. V. 14.

Act. IV. Scen. 3.

2. *adſtantem*] *adſtare* ponitur pro ſimplici *ſtare* Virg. Aen. II. 328. *armatos mediis in moenibus adſtans Fundit equus* ubi v. Serv.

9. *circuiri*] i. e. decipi, falli, pro quo frequentius dicitur *circumveniri*. Sen. controverſ. V. p. 381.

10. *id agitans*] hac de re cogitans. Simplex verbum ponitur pro compoſito. Nam *cogito* contractum eſt ex *coagito*. Liv. XXV. 36. *circumſpectare atque agi-*

Quod remedium?. GE. Ut abii abs te, ſit forte obviam
Mihi Phormio. CH. Qui Phormio? GE. Is qui iſtam. 61) CH. Scio.
GE. Viſum eſt mihi ut eius 62) temptarem ſententiam.
Quaerendo *) hominem 63) ſolum; cur non inquam Phormio, 64)
Vides inter vos 65) ſic haec potius cum bona
Ut cumponantur gratia quam cum mala?
Erus liberalis 66) eſt, fugitans litium.
Nam caeteri 67) quidem hercle amici omnes modo
Uno ore auctores fuere, ut praecipitem hanc daret. 68)
ANT. 69) Quid hic incoeptat, *) aut quo evadet hodie? GE. 70) An legibus
Daturum poenas dices ſi illam eiecerit?
Iam id exploratum eſt. Eia, ſudabis ſatis

61) qui iſtam fidicinam habebat in providentia 62) Phormionis *) *edit. et Bentl.* Prendo *et ſic mutat. in cod.* 63) Phormionem 64) o Phormio 65) inter dominum meum et te 66) humanus 67) Hegio, Crito, Cratinus quos adduxit 68) ut ad (l. ab) ſe illam reiiceret 69) ſecum *) *edit.* coeptat 70) hoc etiam dicebat Geta Phormioni.

---

tare dux coepit ubi v. Drakenb. Tacit. Hiſtor. IV. 59. *digreſſum Voculam et de ſupremis agitantem* Flor. IV. 2. *de ſucceſſione Caeſaris ſenatus id eſt Pompeius agitabat.*

13. *is qui iſtanc*] ſcilicet tuetur.

17. *gratia mala*] gratia eſt vox mediae ſignificationis. Sic apud ICtos dicitur *divortium cum bona gratia.* Contra *mala gratia* h. l. et apud Senec. ep. 82. v. Graev. ad Ciceron. pro Sulla. 16. *tecum ſic agam tuliſſe ut potius iniuriam quam retuliſſe gratiam videar.*

20. *Uno ore*] i. e. ſummo conſenſu. v. not. ad Andr. I. 1. 69.

praecipitem daret] h. e. domo eiiceret. Phaedr. V. 7. 39. *Ab univerſis capite eſt protruſus foras.* ubi v. Burmann.

23. *ſudabis ſatis*] h. e. ſatis negotii habebis. Cic. ad Div. III. 12. *vides ſudare me iam dudum iam dudum laborantem quomo-*

Si cum illo incoeptas homine. 71) ea 72) eloquentia est.
Verum pone 73) esse victum eum. 74) At tandem tandem *)
Non capitis eius res agitur, sed pecuniae. 75)
Postquam hominem his verbis sentio mollirier,
Soli sumus 76) nunc inquam hic. eo 77) *) dic quid velis
Dari tibi in manum, ut erus his desistat litibus.
Haec hinc facessat, 78) tu molestus ne sies.
ANT. 79) Satin, illi 80) Dii sint propitii? GE. 81) Nam sat scio,
Si tu aliquam partem aequi bonique 82) dixeris
Ut est ille 83) bonus vir, tria non commutabitis 84)

71) Demiphone 72) tam magna 73) depone opinionem 74) ab aliquo *) *edit. et Bentl.* tamen 75) si excluserit illam non capitalem sustinebit sententiam, licet pretium solvat 76) ego et tu Phormio 77) vado *) *edit. et Bentl.* eho 78) se moveat 79) secum 80) Getae 81) Adhuc Geta loquitur de Phormione 82) aequitatis bonitatis 83) Demipho 84) contentiose.

---

do ea tuear Horat. de Arte poet. v. 241. *sudet multum frustraque laboret Ausus idem.*

25. *pone*] pro eo Latini etiam dicunt *fac, finge*, barbari aetatis nostrae *suppone*, *posito quod* et *posito casu*. Translatio est a calculis, qui ponuntur et finguntur valere, quod rationator velit. v Burmann. ad Petron. c. 101. *nisi naufragium ponimus* p. 614.

27. *mollirier*] i. e. placari, mitigari. Sallust. in Iug. c. 33. *sedare motus et animos mollire.* Virgil. Aen. I. 57. *mollitque animos et temperat iras.*

28. *Soli sumus*] ut tuto loqui possimus. Cic. ad Attic. VI. 3. *omnino (soli enim sumus) nullas unquam ad me literas misit Brutus*. Graeci eadem formula dicunt αὐτοὶ ἔσμεν sive μόνοι ἔσμεν. v. Victor. var. lection. XXVIII. 23.

30. *hinc facessat*] i. e. hinc abeat. Cic. ap. Non. Marcell. p. 307. *facessant igitur omnes qui* etc. Est etiam in *facessat* intelligendum *se*.

31. *Satin illi Dii sint propitii*] h. e. an satis sana mente est? Sic veteres loquebantur, quod credebant Deos, quibus irati essent, sanam mentem et consilium eripere. in Andr. IV. 1. 40. ubi v. not.

Verba hodie inter vos. DE. Quis te iſtaec iuſſit loqui?
CH. Immo non potuit melius pervenirier
Eo quo nos volumus. ANT. 85) Occidi. DE. Perge eloqui.
GE. A primo 86) homo 86 a) inſanibat. CH. Cedo 87) quid poſtulat
GE. Quid? nimium, 88) quantum libuit. CH. Dic. GE. Si quis daret 89)
Talentum magnum. 90) DE. Immo malum hercle, ut nihil pudet 91)
GE. Quod dixi adeo 92) ei quaeſo, *) quid ſi filiam
Suam unicam locaret? 93) parvi retulit
Non ſuſcepiſſe. 94) Inventa eſt 95) quae dotem petat. 96)
Ut ad pauca redeam, ac mittam 96 a) illius ineptias,
Haec denique *) fuit poſtrema oratio.

85) ſecum 86) primum 86 a) Phormio 87) dic 88) tantum poſcit 89) ſi eſſet qui daret 90) poſtulat 91) aliquem 92) certe *) *edit. diſting. poſt* ei . 93) Demipho 94) non ſuſcipere illam uxorem 95) filia amici 96) a parentibus quam mihi vult dare tantum ut educam 96 a) omittam *) *edit. et Bentl. add.* eius.

---

37. *inſanibat*] i. e. nimium poſtulabat. Sic *inſanire* etiam dicuntur qui nimios ſumtus in rem aliquam faciunt. Plaut. in Mil. III. 1. 160. Auctor ad Herenn. IV. 50.

38. *nimium quantum*] per periphraſin dicitur pro *nimium*. Sic *immane quantum*, *mirum quantum*, *incredibile quantum*, *immenſum quantum*, *infinitum quantum*. Similiter Graeci πλεῖστον ὅσον, θαυμαστὸν ὅσον v. Georg. Fabric. ad h. l. et interpret. ad Flor. IV. 2. *plurimum quantum favoris partibus dabat fraternitas ducum* edit. Dukeri p. 769.

39. *Talentum magnum*] i. e. Atticum quod magnum appellabant Romani quoniam aliorum Graecorum talenta minoris erant ſummae. v. Gronov. de pecun. vet. III. 4.

41. *locaret*] pro in matrimonium collocaret. v. Bentl. ad Act. V. 1. 32. *in ſervitutem* contraria ſententia Euripid. in fragm. Melanippeo dotem uxoris divitis quam pauper duxit δουλεῖν. τὸν

Ego inquit 97) iam a principio amici 98) filiam 99)
Ita ut aequum fuerat volui uxorem ducere.
Nam mihi veniebat in mentem eius [1]) incommodum, [2])
In ſervitutem pauperem 3) ad ditem 4) dari.
Sed mihi opus erat, 5) ut aperte nunc tibi fabuler,
Aliquantulum quae afferret 6) qui 7) diſſolverem 8)
Quae debeo. Etiam nunc ſi vult Demipho
Dare, quantum ab hac 9) accipio quae ſponſa eſt mihi,
Nullam mihi malim quam iſtanc [10]) uxorem dari.
AN. Utrum [11]) ſtulticia facere ego hunc [12]) an malicia
Dicam, ſcientem an inprudentem, incertus ſum.
DE. Quid ſi animam [13]) debet? [14]) GE. Ager oppoſitus eſt pignori,
Ob decem minas inquit. [15]) DE. Age, age. Iam ducat; dabo.
GE. Aediculae item ſunt [16]) ob decem alias. DE. hui *)

97) Phormio. Verba Phormionis 98) mei 99) Phanium 1) Phanii 2) incommodum quod ei poterat evenire, ſi traderem illam ditiori, videlicet ne pauperem in ſervitutem redigeret, ſi neceſſe erat mihi talem ducere uxorem, quae mlhi cauſa dotis afferret, unde debita mea perſolverem 3) mulierem 4) hominem 5) alia divitiis abundans 6) vel afferet 7) quomodo 8) me a debitis 9) alia 10) Phanium 11) al. verum 12) Getam 13) hominis 14) dabimus ei animam hominis 15) Phormio 16) oppoſitae pignori *) *edit.* hoi hui.

ἄνδρα *ſubiugare maritum* ſive *in ſervitutem redigere* et maritum οὐκ ἔτι ἐλεύθερον εἶναι ſive *non amplius liberum eſſe dixit* v. Duker. ad Liv. XXXIV. 7.

48. *ad ditem dari*] pro *diviti dari.* Saepe praepoſitio *ad* ponitur, ubi uſitatius dativus. Liv. II. 33. *ad id feriendum conſul alter Romae manſit.*

56. *animam debere*] dicitur qui plus debet quam diſſolvere poteſt.

oppoſitus pignori] *opponere*

Nimium eſt. CH. Ne clama. [17]) petito haſce a me decem.
GE. Uxori emunda ancillula eſt. Tum autem *) pluſcula [18])
Suppellectile opus eſt, opus eſt ſumptu [19]) ad nuptias.
His rebus pone ſane decem inquit minas.
DE. Sexcentas perinde [20]) potius ſcribito mihi. Iam *) dicas;
Nihil do, impuratus me ille ut etiam irrideat?
CH. Quaeſo ego dabo, quieſce, tu modo filius
Fac ut illam [21]) ducat, nos quam volumus. ANT. ei mihi,
Geta occidiſti me tuis fallaciis.
CH. Mea cauſa [22]) eicitur. me hoc eſt aequum amittere. [23])
GE. Quantum potes me certiorem inquit [24]) face.
Si illam [25]) dant, hanc ut amittam, *) [26]) ne incertus ſiam. *)
Nam illi mihi dotem iam conſtituerunt dare.
CH. Iam [27]) accipiat. Illis [28]) repudium renuntiet.
Hanc [29]) ducat. DE. Quae quidem illis res vortat male.

17) ne recuſes *) *edit. omitt.* autem *improb. Bentl.* 18) maiuſcula 19) expenſa 20) ita ut ſcripſiſti XXX minas *) *edit. et Bentl.* iam mihi 21) filiam meam quam ſpero adveniſſe 22) propter filiam meam Phanium 23) minas perſolvere 24) verba Phormionis 25) Phanium *) *edit. et Bentl.* mittam 26) quam alii mihi volunt dare *) *edit.* ſiem 27) a me argentum 28) qui ei aliam promittunt 29) Phanium.

---

pignori veteres dicunt, *ſubponere* ICti, quorum fragmenta ſunt in Digeſtis.

59. *ne clama*] magis latinum eſt *ne clama*, quam *ne clames* Ovid. Art. amator. I. 343. *ne dubita cunctas ſuperare puellas* ubi v. Burmann.

64. *impuratus*] i. e. impurus, improbus. Plaut. in Rud. II. 6. 59. *impurata bellua.*

72. *repudium renunciet*] *repudium renunciare* eſt repudium remittere, ut infra V. 7. 35. vel mittere nuntios et teſtes, qui ſponſae vel uxori repudium ſigni-

CH. Oportune adeo nunc argentum mecum attuli,
Fructum quem Lemni [30]) uxoris reddunt praedia. [31])
Id ſumam uxori. [32]) tibi opus eſſe dixero. [33])

(Actus IV. Scena IV. ANTIPHO. GETA.)

AN. Geta. GE. hem. AN. quid egiſti? GE. Emunxi argento ſenes. [34])

30) apud Lemnum 31) al. praemia 32) accipiam ab uxore 33) o Demipho 34) argentum ſenibus.

---

ficarent. Plaut. in Aulul. IV. 10. 53. *is me nunc renunciare repudium iuſſit tibi.*

75. *fructum*] fructus eſt reditus praediorum et agrorum. Catull. Carm. III. 115.

Firmano ſaltu non falſo Mentula dives
Fertur qui tot res in ſe habet egregias.
Aucupia omne genus, piſces, prata, arva, ferasque.
Nequaquam: fructus ſumtibus exſuperat

Hoc eſt: plus in eum ſaltum impendit pecuniae quam inde redigit. Cic. paradoxa etc. VI. 1. *neminem eſſe divitem niſi qui exercitum alere poſſet ſuis fructibus* v. interpret. ad Cicer. Catil. II. 8. *Quod ſi maturius facere voluiſſent, neque (id quod ſtultiſſimum eſt) certare cum uſuris, fructibus praediorum; et locupletioribus his et melioribus civibus uteremur.* Elegantiſſime dictum eſt certare c. uſ. fruct. praed. nimirum, pecunia foenori accepta, emere et inſtruere agros vel praedia et ſperare te ex illis agris poſſe tantum redigere ut uſuris pendendis ſufficias, cum tamen agri nunquam dent tantum reditus, quantum uſurarum nomine eſt pendendum [Supplement. ex nota I. F. Gronovii.]

reddunt] reddere proprie dicitur ager id, quod ex eo praecipitur. Columella de re ruſt. II. 13. *reddit pratum in pabulo non minus quam in foeno.* Haec et ſimiles locutiones ex eo ortae videntur, quod ſemen velut creditum agro ille reddit cum foenore.

Act. IV. Scen. 4.

1. *emunxi argento ſenes*] comice dicitur pro *argentum ſenibus per fraudem abſtuli.* Plaut. in Bacch. IV. 4. 50. *Emungam hercle hominem probe hodie, ne id nequicquam dixerit* ibid. V. 1. 15. *ſic miſerum me auro eſſe emunctum.* Graeci quoque comici ἀπομύττειν pro *decipere* dixerunt, teſte Polluce II. 73. v. cl. Toupii epiſt. gr. p. 309.

AN. Satin eſt id? 35) GE. Neſcio hercle 36) tantum iuſſus ſum.
AN. Eho verbero. 37) Aliud mihi reſpondes ac 38) rogo?
GE. Quid ergo narras? AN. Quid ego narrem opera tua? 39) *)
Ad reſtim 40) mihi quidem res rediit planiſſume.
Ut te quidem omnes Dii Deaeque ſuperi, inferi,
Malis exemplis perdant. Hem, ſi quid velis, 41)
Huic 42) mandes, quod quidem recte curatum velis.
Quid minus utibile 43) fuit quam hoc ulcus 44) tangere,

35) argentum 36) a te quantum differo 37) verberabo te 38) quam 39) quae egiſti modo cum patre meo *) *edit. diſting. poſt* narrem 40) ad impedimentum meum 41) tu quicunque es 42) Getae 43) perutile 44) hanc rationem.

---

5. *Ad reſtim res rediit*] i. e. ita perii ut nihil ſuperſit quam ut reſti me ſuſpendam. Plaut. in Poenulo I. 1. 104. *Capias reſtim ac te ſuſpendas cum hero et voſtra familia.*

8. *qui te ad ſcopulum e tranquillo inferat* *) h. e. qui te ex re tranquilliſſima in ſummum periculum vel perniciem eiiciat. Hunc locum imitatus eſt Livius XXXVIII. 10. *tum illam tempeſtatem coortam, quae ad Antiochum eos ſicuti in ſcopulum intuliſſet*, ubi v. Gronov. et Drakenb. In *tranquillo* intelligendum *mari*. Plin. Hiſt. Natur. XVIII. 35. *Littora ripaeque ſi reſonabunt tranquillo, aſperam tempeſtatem (praedicunt).* Eadem forma veteres *ſereno* dicebant pro *coelo ſereno*. v. interpret. ad Liv. III. 14. et XXVIII. 27. Sed pro *inferat* alii libri habent *auferat* quod verbum proprie dicitur de tempeſtate et fluctu. Ovid. Amor. II. 4. 8. *auferor ut rapida concita puppis aqua.* v. Bentl. ad h. l. et Drakenb. ad Liv. XXXV. 11.

9. *utile*] Bentleius et alii e melioribus codicibus ediderunt *utibile* qua forma Plautus quoque utitur in Menaechm. V. 6. 23. et alibi.

ulcus tangere] i. e. mentionem facere rei quae dolorem inurat. Cic. pro Domo c. 5. *ſi tu in hoc ulcere tanquam unguis exſiſteres* Pacatus in Panegyr. c. 3. *parcum replicare cauſas et placatum vulnus [alii: vulgus]*

*) vide hoc comma in edit. Zeun. Tom. 2. p. 540. nota 8.

Aut nominare uxorem? Iniecta[45] eſt ſpes patri,[46]
Poſſe illam extrudi.[47] Cedo[48] nunc porro, Phormio
Dotem ſi accipiet, uxor ducenda[49] eſt domum.
Quid fiet? GE. Non enim ducet.[50] AN. Novi. Caeterum
Cum argentum repetent,[51] noſtra cauſa ſcilicet
In nervum[52] potius ibit. GE. Nihil[53] eſt Antipho,
Quin[54] male narrando poſſit depravarier.
Tu id quod boni eſt[55] excerpis, dicis quod mali eſt.
Audi nunc contra iam.[56] Si argentum acceperit,
Ducenda eſt uxor ut ais; concedo tibi.
Spatium quidem tandem apparandis nuptiis,
Vocandi,[57] ſacrificandi dabitur[58] paululum.
Interea[59] amici quod polliciti ſunt[60] argentum *) dabunt[61]
Id ille[62] *) iſtis[63] reddet. AN. Quam ob rem?[64] Aut quid dicit?[65] GE. Rogas?

45) immiſſa a te 46) meo 47) ſeparari a me 48) dic 49) ad domum Phormionis 50) Phormio illam 51) pater et patruus meus a Phormione 52) ſtuporem 53) nulla res 54) ut non 55) a me dictum 56) Hoc dicebat propter Antiphonem qui diverſa opinabatur et elegere poſſe argumentabatur 57) amicos 58) argenti lenoni 59) dum nuptiae praeparantur 60) Phedriae *) *edit. omitt.* arg. *prob. Bentl.* 61) in opus nuptiale 62) Phedria *) *edit. omitt.* ille 63) lenoni et puellae 64) dabit pater argentum 65) quam rationem reddet iſtis ſenibus. Haec verba ſuperius dicta reddit Phormio ut deludat tempus.

---

offendere faciam quod facere praeſtantes ſcientia medicos ſaepe vidi; altorum vulnerum cicatrices poſtquam cutem ſanitate duxerunt manu pendente tractabo. Eumenius in Paneg. in Conſtant. c. 14. *quid faciam ut tam profunda vulnera ſuſpenſa manu tractem.*

13. *enim*] ponitur pro *enim vero.* infra V. 7. 90. *Etenim ſolus nequeo.* Saepe *enim* adverſandi vim habet. Liv. XXII. 25. Valer. Maxim. III. 7. 8. v. interpret. ad Liv. XXXIV. 32. Solis fere comicis, quos Apuleius imitatur, uſitatum eſt, hanc particulam adverſativam ab initio ponere.

17. *excerpis*] i. e. carpis, ex

Quot 66) res 67) poſt illam 68) monſtra evenerunt mihi?
Introiit in aedis ater 69) alienus canis.
Anguis per inpluvium 70) decidit de tegulis.
Gallina cecinit. 71) Interdixit 72) hariolus,
Haruſpex vetuit. 73) *) Ante brumam autem **) 74) novi
Negotii incipere quae cauſa eſt iuſtiſſima
Haec fient. AN. Ut modo fiant. 75) GE. Fient, me vide. 76)
AN. Pater 77) exit. GE. Abi et dic eſſe argentum Phedriae.

66) multae 67) hoc dicet ſenibus cogitaſſe tum 68) poſteaquam conſenſi ducere hanc 69) niger 70) per ſerenum etiam per rimas tecti 71) haec ſunt quae mihi malum omne minantur 72) nuptias 73) id ipſum *) *minor diſtinctio in edit. maior apud Bentl.* **) *edit.* aliquid 74) accipiet illam puellam 75) precor 76) reſpice 77) meus Demipho.

pluribus deligis, quod placet relictis aliis. Cic. de Legib. III. 10. *Sed eſt iniqua in omni re accuſanda, praetermiſſis bonis, malorum enumeratio vitiorumque ſelectio.*

25. *canis*] canis occurſus inauſpicatus habebatur, unde apud Plaut. in Caſ. V. 4. 4. *caninam ſcaevam ſpero meliorem fore* eſt omen infelix. v. Caſaub. ad Theophr. charact. 17. p. 291.

26. *anguis*] anguem vidiſſe in aedibus aut in itinere triſte auſpicium habebatur. v. Caſaub. ad Theophr. l. c. p. 294.

27. *gallina cecinit*] Donatus obſervatum dicit, in qua domo gallina canat, ſuperiorem [rectius *ſuperſtitem*. v. edit. Zeun.] marito uxorem eſſe.

28. *brumam*] proprie ſignificat *diem breviſſimam*. Nam *breviſſuma* in *breuma* vel *bruma* eodem fere modo contractum eſt quo *infimus* in *imus*. v. Gesner. ad Claudian. de raptu Proſerp. II. 106. Recentiores brumam barbare vocant *ſolſtitium hibernum*. Veteres ſic [i. e. ſolſtitium] vocabant *ſolſtitium aeſtivum*.

(Actus IV. Scena V. DEMIPHO. GETA. CHREMES.)

DEMIPHO. 78) Quietus eſto inquam. Ego curabo ne quid verborum duit 79)
Hoc 80) temere 81) nunquam amittam ego a me, quin 82) mihi teſtis adhibeam
Cum *) dem, et quam ob rem dem commemorabo. GE. 83) Ut cautus eſt, ubi 84) nihil eſt opus.
CH. Atque ita opus facto eſt. At matura, dum libido haec eadem manet. 85)
Nam ſi altera 86) illa *) magis inſtabit, forſitan nos reiciat. 87)
GE. Rem ipſam 88) putaſti. DE. Duc me ad eum 89) ergo. GE. Num moror? *) CH. Ubi hoc egeris,
Tranſito ad uxorem meam, 90) ut conveniat hanc 91) prius quam hinc abit. *)
Dicat eam nos dare Phormioni nuptum, ne ſuſcenſeat 92)

78) Chremetem alloquitur Demipho dicens ſe non daturum argentum ſine teſtibus 79) ne verbis ſuis me decipiat quod eſt verba dare. duit pro det 80) argentum 81) inconſiderate 82) ut non *) *edit.* cui *prob. Bentl. In nota Bentl. ad h. v. pro* duo ex noſtris: cur dem *lege cui dem. Iſtud enim* cur *eſt error typographic. quem non olfecit Zeun.* 83) ammirantis 84) quantum 85) voluptas accipiendi Phanium adhuc manet in Phormione 86) puella *) *edit.* illaec 87) non accipiet Phanium 88) ſicut eſt ita 89) Phormionem *) *edit. et Bentl.* non moror. 90) Nauſiſtratam 91) puellam Antiphonis atque perſuadeat mulier ne exhorreſcat Phormionem *) *edit.* abeat *improb. Bentl.* 92) ne praeiudicet.

Act. IV. Scen. 5.

4. *libido*] eſt voluntas hominis incerti et levis temere ſuſcepta. v. Heaut. I. 2. 27.

6. *non moror*] i. e. in me nulla mora eſt.

Et magis eſſe illum idoneum qui ipſi ſit familiarior. 93)
Nos noſtro officio nihil egreſſos, 94) quantum is voluerit
Datum dotis. 95) DE. Quid tua malum 96) id refert? 97) CH. Magni Demipho. 98)
DE. Non ſatis eſt tuum *) officium feciſſe, 99) ſi non id fama approbat. 1)
CH. Volo ipſius quoque voluntate haec fieri, ne ſe eiectam praedicet.
DE. Idem ego iſtuc facere poſſum. CH. Mulier mulieri magis congruet.
DE. Rogabo. 2) CH. Ubi ego illas 3) nunc repperire poſſim cogito.

(Actus V. Scena I. SOPHRONA. CHREMES.)

SOPHRONA NUTRIX. *) 4) Quid agam quem mihi amicum miſera inveniam? aut cui conſilia haec referam?
Aut unde mihi auxilium petam?
Nam vereor era 5) ne ob meum ſuaſum indigne iniuria afficiatur.

93) puellae Phanio propinquior 94) transgreſſos *) *edit.* digreſſos *prob. Bentl.* 95) XXX minae 96) exclamatio 97) quid ad te pertinet 98) pertinet ad me *) *edit.* non ſat tuum te 99) videbitur ſi ad puellam ingreſſus fueris 1) ſi non cunctis praedices 2) Nauſiſtratam ut conveniat illam 3) uxorem meam et filiam quae me huc a Lemno quaerere venerunt *) *edit. omitt.* Nutrix 4) Sophrona nutrix Phanii metuens ne forte pater eius ei malum inferret eo quod filiam illius dediſſet Antiphoni, loquebatur ſecum 5) Phanium.

---

10. *nos noſtro officio nil digreſſos*] h. e. nos nihil feciſſe, quod ab officio noſtro alienum ſit.

Ita patrem adoleſcentis [6]) facta haec tolerare audio violenter.
Namque *) haec anus eſt exanimata a fratre [7]) quae egreſſa eſt meo?
SO. Quod ut facerem egeſtas me [8]) impulit, cum ſcirem infirmas [9]) nuptias
Haſce eſſe, ut id conſulerem interea vita [10]) ut in tuto foret. [11])
CH. Certo edepol niſi me animus fallit, aut parum proſpiciunt oculi,
Meae nutricem gnatae video. SO. Neque ille inveſtigatur. CH. Quid agam?
SO. Qui eſt pater eius. CH. Adeon [12]) an maneo, dum ea quae loquitur magis cognoſcam? *)
Quod ſi eum nunc repperire poſſim, nihil ſit **) quod verear. CH. Ea ipſa eſt.
Conloquar. SO. Quis hic loquitur? CH. Sophrona. SO. Et meum nomen nominat?
CH. Reſpice ad me. SO. Dii obſecro vos. eſtne hic Stilpho? CH. Non. SO. Negas?
CH. Concede hinc a foribus [13]) paululum iſtorſum [14]) ſodes Sophrona,
Ne me iſtoc poſthac nomine appellaſſis. [15]) SO. Quid? Non es obſecro,
Quem ſemper te eſſe dictitaſti? CH. Eſt [16]) SO. quid has metuis fores? [17])

6) Antiphonis *) *edit. et Bentl.* nam quae 7) a domo fratris mei 8) ut traderem nuptui 9) non ſtabiles 10) illius 11) in ſecuro eſſet ne fame periclitaretur 12) an adeo illam *) *edit. et Bentl.* cognoſco **) *edit. et Bentl.* eſt 13) domus fratris 14) in hanc partem 15) appelles 16) ſcilicet ratio quare ita me appellabam.

Act. V. Scen. I.

4. *tolerare violenter*] i. e. iracunde accipere, iniquo animo ferre. Violentia iis tribuitur, qui iram cohibere non poſſunt. Sueton. in Caeſ. c. 35 *ne quandoque*

CH. Conclusam hic habeo uxorem saevam. 18) Verum istoc de nomine
Eo 19) perperam 20) olim dixi, 21) ne vos forte inprudentes foris
Effutiretis, 22) atque id porro aliqua 23) uxor mea rescisceret.
SO. Hem. istoc 24) pol nos te hic invenire miserae nunquam potuimus.
CH. Eho, dic mihi quid rei tibi est cum familia hac unde exis,
Aut ubi illae 25) sunt? SO. Miseram me. CH. Hem quid est? Vivuntne? SO. Vivit gnata.
Matrem ipsam ex aegritudine miseram mors consecuta est.
CH. Male factum. SO. Ego autem quae essem anus deserta, egens, ignota,
Ut potui nuptum virginem locavi huic adolescenti, 26)
Harum qui est dominus aedium. CH. Antiphonine? SO. Hem isti *) ipsi.
CH. Quid? Duasne is uxores habet? SO. Au, obsecro unam ille quidem hanc solam.
CH. Quid illa altera quae dicitur cognata? 27) SO. Haec ergo est. CH. Quid ais?
SO. Composito 28) factum est, quomodo hanc amans, 29) habere posset

17) quia dixerat ei aufer te a foribus 18) Nausistratam 19) ideo 20) leviter 21) appello 22) diffamaretis 23) aliquando 24) cum isto nomine 25) uxor mea et filia 26) Antiphoni *) *edit.* illi 27) nostra 28) figmento 29) Antipho.

---

violentiorem praesidem nacta [provincia] novarum rerum materia esset. v. Drakenb. ad Liv. VI. 31.

17. *conclusam*] eleganter hoc verbo utitur, ut uxorem tanquam feram bestiam, quae septis coercenda sit, traducat. Nam ferae proprie dicuntur concludi. v. Donat. ad h. l.

29. *composito*] dicitur pro ex vel de composito. Virgil. Aen. II.

Sine dote 30) CH. Dii voſtram fidem, 31) quam ſaepe forte temere
Eveniunt quae non audeas optare? Offendi 32) adveniens
Quicum 33) volebam atque ut volebam collocatam 34) filiam;
Quod nos ambo 35) opere maximo dabamus operam ut fieret,
Sine noſtra cura maxima, ſua cura haec ſola 36) fecit.
SO. Nunc quid opus facto eſt *) vide; pater adoleſcentis 37) venit,
Eumque animo iniquo hoc oppido 38) ferre aiunt. CH. Nihil pericli eſt.
Sed per Deos atque homines, 39) meam eſſe hanc cave reſciſcat quisquam.
SO. Nemo ex me ſcibit. CH. Sequere me. caetera intus audies.

(Actus V. Scena II. DEMIPHO. GETA.)

DEM. Noſtrapte 40) culpa fecimus, ut malos expediat eſſe,
Dum nimium dici nos bonos ſtudemus et benignos

30) ut non dotaret eam ſicut alienigenam 31) ſcilicet teſtor 32) repperi 33) cum quo 34) coniunctam 35) ego et Demipho 36) anus *) *edit.* ſit 37) Demipho 38) valde 39) te adiuro 40) noſtra ipſa.

---

129. *compoſito rumpit vocem.* Sic *compacto* pro *ex compacto, improviſo* pro *ex improviſo.* Liv. V. 11. *compacto eam rem et communi fraude patriciorum actam* ubi v. Drakenb.

30. *forte temere*] Sic veteres haec duo vocabula iungere ſolebant. Nunc *forte* ſimpliciter dicunt. Cic. de Divinat. II. 68. *niſi iſta caſu nonnunquam forte temere concurrerent.* Liv. X. 43. *eo ipſo loco forte* [alii: *prope*] *temere ſub armis ſtrati paſſim inquietum omne tempus noctis egere*, ubi v. Gronov.

Act. V. Scen. 2.

2. *benignos*] h. e. nimium faciles, comes Petron. c. 44. *et*

Ita [41]) fugias, ne praeter cauſam *) quod aiunt. Nonne id ſat erat [42])
Accipere ab illo [43]) iniuriam, etiam argentum *) ultro obiectum [44])
Ut ſit qui [45]) vivat, dum aliquid aliud flagitii conficiat? [46]) *)
GE. Planiſſume. DEM. His nunc [47]) praemium eſt, qui recta prava faciunt. [48])
GE. Veriſſime. [49]) DEM. Ut [50]) ſtultiſſime quidem illi [51]) rem geſſerimus.
GE. Modo [52]) ut hoc conſilio poſſit diſcedi, ut iſtam ducat.
DEM. Etiamne id dubium eſt? GE. Haud ſcio hercle ut homo eſt, an mutet animum. [53])
DEM. Hem. mutet autem. GE. Neſcio, verum ſi forte dico. [54])

41) ſcilicet verum eſt *) *ed. et Bentl.* caſam 42) ne excedes mentem tuam 43) Phormione ſcilicet qui nobis nolentibus filio noſtro dedit uxorem *) *edit. add.* eſt 44) Phormioni a nobis 45) quomodo 46) confingat *) *edit. non interrogat* 47) iſto tempore 48) rectitudinem conuntur in pravitatem 49) ut remunerent 50) quemadmodum 51) Phormioni 52) hoc ſufficiat 53) ſicut qualitas illius callida eſt 54) ſi ipſe voluerit mutabit.

---

quam benignus ubi v. Burmann. p. 280. *bonus et benignus* iungit Horat. Serm. I. 2. 51. *vellet bonus atque benignus eſſe.*

3. *Ita fugias ne praeter caſam*] Huius proverbii rationem et ſenſum unus vidit Gronovius Obſervat. III. 9. p. 511. Servi fugitivi vitabant domini caſam aut villam, ubi facile comprehendi et in ſervitutem retrahi potuiſſent. Proverbio ita dictum eſt *itane fugias praeter caſam* pro: cave ne dum levius malum vitas, in gravius praecipites. Johann. Clericus ad Liv. VI. 29. corrigi volebat *ne praeter caſtra* quod iure exploſit Drakenb. ad illum locum.

4. *obiectum*] tamquam bolus cani. Ineſt igitur in hoc verbo contemtus Liv. IV. 51. *delenimentum animis Bolani agri diviſionem obiici* Phaedr. IV. 11. 8. *obiecta cuncta corrumpit lucro.*

8. *modo ut hoc conſilio poſſet diſcedi*] i. e. ſi modo res haec conſilio exitum habeat. Cic. ad

DEM. Ita faciam ut frater cenſuit, 55) ut uxorem 56) huc eius adducam,
Cum iſta 56a) ut loquatur. Geta, *) abi, praenuntia hanc venturam.
GE. 57) Argentum inventum eſt Phedriae. 58) De iurgio ſiletur.
Proviſum eſt, 59) ne in praeſentia 60) haec 61) hinc abeat. Quid nunc porro,
Quid fiet? In eodem luto haeſitas, 62) vorſuram ſolves. 63)
Geta, praeſens quod fuerat malum in diem 64) abit, 65) plagae creſcunt

55) Chremes 56) Nauſiſtratam 56a) Phanio *) *ed. et Bentl.* tu Geta, abi prae, n. 57) de ſe loquitur 58) vel? 59) providendum eſt 60) in praeſenti 61) Phanium 62) in eadem dubitatione es 63) everſionem iſtius conſilii ſolves, ſive ſuſtinebis 64) per dies 65) creſcit.

Attic. II. 16. *ſi poſſum diſcedere* i. e. ſi conſequi poſſim, ut recte explicat Manutius. infra V. 8. 58.

12. *tu abi Geta praenuncia*] Guilielmius in Quaeſtion. Plaut. p. 83. mutata diſtinctione recte legit *tu Geta abi prae nuncia* in Andr. I. 1. 144. *i prae, ſequar.*

15. *in eodem luto haeſitas*] i. e. in eadem difficultate. Translatio eſt ab iis, qui in luto tam alto haerent, ut ſeſe ex eo expedire aut evolvere nequeant. Horat. Sermon. II. 7. 27. *nequicquam coeno cupiens evellere plantam* ubi v. Lambin.

verſura ſolves] h. e. in eodem malo haerebis. In quibusdam editionibus male legitur *verſuram*, quod vitium viri docti dudum ſuſtulerunt. *Verſura* proprie eſt ſumtio pecuniae mutuae. Facere verſuram ab aliquo dicitur, qui pecuniam ab aliquo mutuam ſumit. Cic. pro Fonteio c. 1. *A quibus verſuras tantarum pecuniarum factas eſſe dicunt?* Sed *verſura ſolvere* eſt vetus debitum expungere novo contrahendo. Sic creditor quidem vertitur i. e immutatur ſed debitor in eadem difficultate haeret. Cic. ad Attic. V. 15. *ut verear, ne illud, quod tecum permutavi, verſura mihi ſolvendum ſit.* Has locutiones perperam fere a viris eruditis acceptas primus accurate explicuit. Gronovius de centeſimis et unciis uſurarum p. 535. ſqq.

16. *in diem abiit*] h. e. longius differtur, v. not. ad Eun. V. 6. 19.

Niſi proſpicis. Nunc hinc domum ibo, ac Phanium edocebo,
Ne quid vereatur Phormionem, aut eius orationem.

(Actus V. Scena III. DEMIPHO. NAUSISTRATA. CHREMES.)

DEMIPHO. [66] Agedum ut ſoles Nauſiſtrata, fac illa [67] ut placetur nobis [68].
Ut ſua voluntate id quod eſt faciundum faciat. NAU. Faciam.
DEM. Pariter [69] nunc opera [70] me adiuvas [*] ac [71] dudum re [72] opitulata es.
NAU. Factum volo, ac pol minus queo viri culpa [73] quam me dignum eſt.
DEM. Quid autem? NAU. Quia pol mei patris bene parta indiligenter
Tutatur. Nam ex praediis talenta argenti bina

66) Demipho Nauſiſtratam uxorem fratris ſui alloquitur ut Phanium conveniat quatenus Antiphonem dimittat 67) Phanium 68) ut placatos nos reddat 69) ſimiliter 70) ſtudio tuo *) *edit.* adiuves 71) ſicut 72) ipſa 73) propter culpam i. e. minus tibi poſſum ſervire propter culpam viri mei.

Act. V. Scen. 3.

4. *factum volo*] eſt formula eius, qui ſtudium ſuum offert. *Volo* ſaepe vim alacritatis habet Catull. Carm. 6. *volo te ac tuos amores Ad coelum lepido vocare verſu.* Cic. ad Div. XV. 7. *eum honorem tibi Deos fortunare volo.* v. Broukhuſ. ad Propert. II. 8. 13.

5. *indiligenter*] h. e. negligenter, non ut debet paterfamilias ad rem attentus. Diligentia proprie tribuitur iis qui rem familiarem tuentur. v. quae annotavimus ad Rutil. Lup. I. 17.

6. *Tutatur*] i. e. ſervat. *Tueri* proprium in hac re verbum eſt. Plin. in Paneg. c. 51. *Idem tam parcus in aedificando quam diligens in tuendo.* Sic *tutela* apud eundem Epiſt. II 17. *villa uſibus capax non ſumtuoſa tutela,* ubi v. Geſsn.

Statim 74) capiebat. Hem vir viro quid praeſtat. 74 a) DE. Bina quaeſo?
NAU. Ac rebus 75) vilioribus 76) multo, tamen duo talenta. 77) DE. hui.
NAU. Quid haec videntur? DE. Scilicet. 78) NAU. Virum me natam vellem. 79)
Ego oſtenderem. 80) DE. Certe ſcio. NAU. Quo pacto? DE. Parce ſodes 81)
Ut poſſis cum illa, 82) ne te adoleſcens mulier defatiget. 83)
NAU. Faciam ut iubes. Sed meum virum a te 84) exire video. CH. Hem Demipho 85)
Iam illi 86) datum eſt argentum? DE. Curavi ilico. 87) CH. Nollem datum *) ei.
Video uxorem 88) *) pene 89) plus quam ſat erat. DE. Cur nolles Chreme?
CH. Iam recte. 90) DE. Quid tu ec 91) quid locutus cum iſta es? Quam ob rem hanc 92) ducimus? 93)
CH. Tranſegi. 94) DE. Quid ait tandem? CH. Abduci non poteſt. 95) DE. Qui 95 a) non poteſt?

74) leviter vel facile pater meus 74 a) quantum praecellit 75) de rebus 76) hoc ſumebat 77) ſcilicet reportabat 78) multum erat 79) vellem ſi natura pateretur ut eſſem vir natus 80) quid potuit pater meus 81) minus loquere 82) Phanio 83) ne te ſuperet 84) a domo tua 85) o Demipho 86) Phormioni 87) ut daretur *) *edit. et Bentl.* datum. Hei 88) uxorem *) *edit. diſting. poſt* uxorem 89) prope me plus quam vellem 90) dicam 91) ecce 92) Phanium 93) a domo noſtra 94) peregi 95) abſtrahi ab Antiphone illa puella 95 a) quare.

---

7. *ſtatim*] h. e. uno quaſi ſtatu, perpetuo, aequaliter. Plaut. in Amphitr. I. 1. 83. *nec recedit loco quin ſtatim rem gerat.*

9. *ſcilicet*] eſt frigide reſpondentis.

virum me natam vellem] venuſte abundat *natam* Rutil. Lup.

CH. Quia uterque 96) utrique eſt cordi. 97) DE. Quid iſtuc noſtra? 98) CH. Magni: 99) praeter haec
Cognatam comperi eſſe nobis. DE. Quid *) deliras? CH. Sic erit.
Non temere dico. Redi mecum in memoriam. DE. Satin ſanus es?
CH. Au obſecro cave ne in cognatam 1) pecces. DE. Non eſt. CH. Ne nega.
Patris nomen aliud dictum eſt. hoc tu erraſti. DE. Non norat patrem?
CH. Norat. DE. Cur aliud dixit? CH. Nunquamne hodie concedes mihi, neque intelligis?
DE. Si tu nihil narres. 2) CH. Pergis. *) NAU. Miror quid hoc eſt. **)
DE. Equidem hercle neſcio. CH. Vin ſcire? At ita me ſervet Iuppiter,
Ut propior illi 3) quam ego ſum ac tu homo *) nemo eſt. DE. Di voſtram fidem. 4)

96) Antipho et Phanium 97) invicem ſe diligunt 98) quid ad nos pertinet 99) multum ad nos pertinet *) *edit.* Quid! 1) tuam Phanium eiiciendo 2) non intelligam *) *edit. et Bentl. interrog.* **) *edit. et Bentl.* ſiet 3) Phanio *) *edit. omitt.* homo *improb. Bentl.* 4) teſtor.

II. p. 94. ubi hanc elegantiam pluribus illuſtravimus.

17. *uterque utrique eſt cordi*] h. e. ſe mutuo vehementer amant. v. not. ad Andr. II. 1. 28.

20. *ne in cognatam pecces*] i. e. ne quid committas quod cognatae noceat in Ad. IV. 7. 7. aliud eſt *peccare in cognata* de quo diſcrimine v. interpr. ad Ov. Amor. II. 8. 9.

21. *hoc tu erraſti*] *hoc* ponitur pro *ob hoc*. Plaut. in Pſeud. III. 2. 18. *Hoc ego fui hodie ſolus obſeſſor fori.*

22. *concedes*] *cedere et concedere* dicuntur, qui deſinunt adverſari. Horat. Serm. II. 3. 305. *liceat concedere veris.*

Eamus ad ipſam una 5) omnes nos, *) aut ſcire aut neſcire hoc volo. CH. Ah **)
DE. Quid eſt? CH. Itane parum ***) mihi fidem eſſe apud te. DE. Vis me hoc †) credere?
Vin ſatis quaeſitum mihi iſtuc eſſe? Age fiat, quid ††) illa filia 6)
Amici noſtri, quid futurum eſt? CH. Recte. DE. hanc 7) igitur mittimus?
CH. Quidni? DE. Illa 8) maneat? CH. Sic. DE. Ire igitur licet tibi 9) Nauſiſtrata.
Sic pol commodius eſſe in omnes 10) arbitror, quam ut coeperas
Manere hanc. 11) Nam perliberalis viſa eſt cum vidi 12) mihi.
DE. Quid iſtuc negotii eſt? CH. Iamne operuit 13) oſtium? DE. Iam. CH. O Iuppiter.
Dii nos reſpiciunt; gnatam inveni nuptam cum tuo filio. DE. Hem.
Quo pacto id potuit? CH. Non ſatis tutus eſt ad narrandum locus. 14)
DE. At tu intro abi. CH. Heus ne filii quidem noſtri hoc reſciſcant volo.

5) ſimul *) *edit. et Bentl. diſting. poſt* una. **) *edit.* Ha *improb. Bentl.* ***) *edit. et Bentl.* parvam †) *edit. et Bentl. omitt.* hoc ††) *edit. et Bentl.* quid? 6) de illa filia vel de tua quae venit de Lemno quam volebas ut duceret Antipho. Hoc propter Nauſiſtratam dicebat ſub perſona amici 7) i. e. filiam tuam quae de Lemno venit. Ignorabat adhuc Demipho quod filia eius eſſet 8) Phanium 9) ad domum tuam 10) nos 11) Phanium 12) eam 13) clauſit poſt ſe Nauſiſtrata 14) hic locus,

26. *aut ſcire aut neſcire*] i. e. quacunque ratione ſcire. Similis formula apud Plaut. in Epid. III. 1. 3. *ſit ne quid, necne ſit, ſcire cupio.*

(Actus V. Scena IV. ANTIPHO.) [15])

Laetus ſum utut *) [15a]) meae res ſeſe habent, fratri [16]) obtigiſſe quod vult:
Quam ſcitum [17]) eſt eiusmodi parare [18]) in animo [19]) cupiditates,
Quas cum res adverſae ſient paulo mederi poſſis.
Hic ſimul argentum repperit, cura ſeſe expedivit.
Ego nullo poſſum remedio me evolvere ex iſtis *) turbis, [20])
Quin ſi hoc celetur, in metu, ſin patefit, in probo *) ſiem.
Neque me domum nunc reciperem, ni mihi eſſet ſpes oſtenta **)
Huiusce habendae. Sed ubinam Getam invenire poſſum,

15) ſecum. Congratulatur Antipho Phedriae quod amicam habiturus eſſet, ignorans adhuc cauſam ſuam *) *edit.* ut 15a) utcumque 16) Phedriae 17) ſalubre 18) inducere 19) tuo *) *edit. et Bentl.* his 20) perturbationibus quod Phanium habere deſidero *) *edit. et Bentl.* probro **) *edit.* oſtenſa *improb. Bentl.*

Act. V. Scen. 4.

1. *ut meae res ſeſe habent*] Sic recte legitur in codice Bembino quod defendit Gronov. Obſerv. III. 6. *Ut* ponitur pro *ut ut, quomodocunque*. Cic. ad Div. XVI. 18. *ſed ut eſt, indulge valetudini tuae*, ubi v. Graev. Liv, XXII. 25. *ut vera omnia eſſent.* ubi plura exempla congeſſit Drakenb.

3. *Quas mederi*] Sic Bentl. edidit ex Priſciano et Mſſ. *Mederi* cum accuſat. conſtruitur ut *medicari* apud Virgil. Aen. VII, 756. *Sed non Dardaniae medicari cuſpidis ictum Evaluit.*

5. *me evolvere*] h. e. me expedire, me liberare. Guilielmus in Quaeſt. Plaut. p. 83. ex veteris codicis veſtigiis legendum coniicit *eruere*, ſed recepta lectio confirmatur ex Eun. IV. 4. 56. *te omni turba evolves.*

7. *ſpes oſtenta*] oſtentare ſpem dicit Cic. pro Cluent. c. 7. *cum unius filii recuperandi ſpes eſſet oſtentata.* Saepe *oſtendere* et *oſtentare* promiſcue dicuntur. v. Duker. ad Flor. III. 5. p. 521.

Ut rogem quod tempus conveniundi patris me capere iubeat?

(Actus V. Scena V. PHORMIO. ANTIPHO.)

PHORMIO. [21]) Argentum accepi, [22]) tradidi lenoni, [23]) Abduxi mulierem,
Curavi propria ea ut Phedria potiretur. Nam emiſſa eſt manu. [24])
Nunc una res reſtat mihi quae eſt etiam *) conficiunda, otium
Ab ſenibus ad potandum [25]) ut habeam. Nam aliquot [26]) hos ſumam dies.
ANTIPHO. [27]) Sed Phormio eſt, quid ais? PHO. Quid? ANT. Quidnam nunc facturus eſt *) Phedria?
Quo pacto ſatietatem amoris ait ſe velle abſumere?
PHO. Viciſſim partes tuas acturus eſt. ANT. Quas? PHO. Ut fugitet patrem.
Suam **) rurſum rogavit ut ageres cauſam, ***) et pro ſe diceres.

21) Phormio ſecum loquitur 22) aſyndeton 23) Dorio 24) lenonis *) *edit. et Bentl. omitt.* etiam 25) ad convivandum cum Phedria 26) in meum otium 27) ad ſuperiora (*i. e. ad Scenam* IV) pertinent *) *edit. omitt.* eſt *improb. Bentl.* **) *edit.* Te ſuam ***) *edit. diſting. poſt* ageres *et pro* et *habet* ut.

---

9. *tempus capere*] i. e. eligere Liv. III. 9. *inſidiatum eum, et tempore capto adortum rempublicam.* Flor. III. 5. 55. ubi v. Duker. p. 522. Similiter capere occaſionem dixit Frontinus II. 1. 1.

Act. V. Scen. 5.

2. *emiſſa eſt manu*] i. e. poteſtate. Liv. XXIV. 18. *convenere domini eorum quos Tiberius Sempronius ad Beneventum manu emiſerat..* Frequentius *manu mittere.*

6. *ſatietatem amoris ſumere*] h. e. frui amore, quantum ipſi ſatis videtur. Aliis locis *ſatietas amoris* eſt faſtidium quod ex ipſius copia oritur. v. Liv. XXX. 3. *ſi forte iam ſatias amoris in uxore ex multa copia cepiſſet* et ibi interpret.

Nam potaturus [28]) eſt apud me. Ego me ire ſenibus Sunium
Dicam ad mercatum, ancillulam emptum dudum quam dixit Geta.
Ne cum hic non videant me conficere [29]) credant argentum ſuum.
Sed oſtium concrepuit abs te. ANT. Vide quis egrediatur. PHO. Geta eſt.

(Actus V. Scena VI. ANTIPHO. PHORMIO.)

GETA. [30]) O fortuna, o fors fortuna [31]) quantis commoditatibus,
Quam ſubito ero [32] meo Antiphoni ope veſtra hunc oneraſtis [33]) diem?
ANT. Quidnam hic ſibi vult? GE. Nosque amicos eius exoneraſtis metu.
Sed nunc mihi ego ceſſo qui non humerum hunc onero pallio,
Atque hominem [34]) propero invenire, ut haec quae contingerint ſciat? [35])
ANT. Num tu intelligis quid hic narret? PHO. Num tu? AN. Nihil. PHO. Tantundem ego.
GE. Ad lenonem hinc ire pergam, ubi nunc ſunt. [36]) ANT. Heus Geta. GE. Hem tibi *)
Num mirum aut novum eſt revocari curſum cum inſtitueris?

28) convivaturus 29) expendere 30) ſecum 31) felix eventus 32) domino 33) cumulaſtis 34) Antiphonem 35) *ſign. interrogandi deletum* 36) Antipho et Phedria *) *edit.* tibi!

Act. V. Scen. 6.

1. *quantis commoditatibus hero meo etc.*] per hypallagen dicitur pro: quantis commoditatibus herum meum oneraſtis hoc die. *Onerare* eſt cumulare. Plaut. in Captiv. IV. 1. 7. *hic me amoenitate amoena amoenus oneravit dies.*

ANT. Geta. GE. 37) Pergit hercle; nunquam tu odio tuo 38) me vinces. ANT. Non manes?
GE. Vapulabis. 39) †) ANT. Id quidem iam tibi fiet, nisi resistis. verbero.
GE. Familiariorem oportet esse hunc *) minitatur malum.
Sed isne est quem quaero annon? Ipse est. PHO. Congredere actutum. 40) ANT. quid est?
GE. O omnium quantum 41) est qui vivant hominum homo honoratissime. *)
Nam sine controversia a Diis solus diligere Antipho 42)
ANT. Ita velim. Sed qui 43) istuc credam ita esse? mihi dici velim.

37) secum et ad se loquitur 38) tua infesta inclamatione 39) vapulabo si remansero †) *ed.* vapula *prob. Bentl.* *) *edit. add.* qui *improb. Bentl.* 40) o Geta velociter 41) quantum pertinet ad illos qui vivunt *) *edit. et Bentl.* ornatissime 42) diligeris o Ant. 43) quomodo

---

9. *nunquam odio me vinces*] i. e. nunquam importunitate tua obtinebis ut subsistam. Hinc ductus est locus Horat. Serm. I. 7. 6. *Durus homo atque odio qui posset vincere regem.* Vocem *odium* explicuimus ad Ad. V. 4. 17.

10. *Vapula*] non *vapulabis* legendum esse, apparet ex Festo cuius verba sunt: *vapula* tum dici solitum, cum vellent minantibus significare, se eos negligere et non curare; subiicit dein Terentii locum.

curialis vernula est qui me vocat *)] *Curialem* dicit ab eo quod Graeci censebant servos ex tribu populo et curia dominorum v. Scalig. ad Fest. voce *curialis.* Sed Bentleius haec verba tanquam spuria e textu expungit, cuius rationes minime contemnendae videntur.

13. *quantum est*] scilicet hominum. v. not. ad Heaut. IV. 6. 6.

ornatissime] ornatissimi dicuntur, qui praediti sunt rebus, quae ornamentum aliquid i. e. decus, gloriam et existimationem pariunt. v. Duker. ad Flor. I. 7. p. 72. et Ernest. ad Sueton. Caes. c. 5.

*) verba desunt in textu edit. Zeun. adsunt in nota

GE. Satin' est si te delibutum gaudio reddo? ANT. Enecas [44])

PHO. Quin tu hinc pollicitationes aufer, et quod fers, cedo.

GE. O tu quoque hic aderas Phormio? PHO. Aderam. Sed cessas? *) GE. Accipe [45]) hem.

Ut modo argentum tibi dedimus apud forum, recta [46]) domum

Sumus profecti. Interea mittit erus [47]) me ad uxorem tuam. [48])

ANT. Omitto [49]) proloqui. Nam nihil ad hanc rem est Antipho. [50])

Ubi in gyneceum [51]) ire occipio, ad me accurrit Myda, [52])

Pone [53]) me *) apprehendit pallio, resupinat, [54]) Respicio, Rogo [55])

Quamobrem retineat me. Ait esse vetitum intro ad eram [56]) accedere.

Sophrona [57]) modo fratrem huc inquit senis [58]) introduxit Chremem.

Eumque nunc esse intus cum illis. Hoc ubi ego audivi, ad fores

Suspenso gradu, [59]) placide, ire perrexi, accessi, astiti,

44) crucias me *) *edit. et Bentl.* tu cessas 45) audi 46) pro recte ad 47) dominus 48) Phanium 49) r. (reliqui? rectius?) omitte 50) o Antipho 51) ad locum mulierum 52) pro ñ (nyda?) 53) retro *) *edit. omitt.* me 54) reflectit ad se 55) interrogo 56) dominum 57) nutrix Phanii 58) Demiphonis 59) gressu.

---

16. *delibutum gaudio*] hoc est plenum gaudii, vel, ut Cicero loquitur, profusum gaudio. Delibuere proprie est inungere, liquore aliquo imbuere, sed a corpore ad animum traducitur v. Donat. ad h. l.

27. *suspenso gradu*] *suspensus gradus* dicitur tam lenis et mollis, ut euntes pedibus quasi sublatis non sentiantur. Ovidius hunc locum imitatus Fastor. I. 425. *Surgit amans animamque tenens vestigia furtim Suspenso digitis fert taciturna gradu.* v. Broukhus. ad Propert. II. 3. 6. et

Animam [60]) compreſſi, aurem admovi. Ita animum coepi attendere,
Hoc modo ſermonem captans. ANT. Eu o Geta. GE. Hic pulcherrimum
Facinus [61]) audivi. Itaque paene hercle exclamavi gaudio.
PHO. Quod? GE. Quodnam arbitrare? [62]) AN. Neſcio. GE. Atqui. mirificiſſimum [63])
Patruus tuus [64]) pater eſt inventus Phanio uxori tuae. ANT. Hem
Quid ais? GE. Cum eius [54]) conſuevit olim matre in Lemno clanculum.
PHO. Somnium, utin [66]) haec ignoraret ſuum patrem? GE. Aliquid credito
Phormio eſſe cauſae. Sed me cenſen potuiſſe omnia
Intelligere extra oſtium, intus quae inter ſeſe ipſi egerint?
PHO. Atque hercle ego quoque illam audivi fabulam. GE. Immo etiam dabo
Quo magis credas. Patruus interea inde huc egreditur foras.
Haud multo poſt cum patre [67]) idem recipit ſe intro denuo.
Ait uterque tibi poteſtatem eius [68]) habendae dare.
Denique ego miſſus ſum te ut quaererem atque adducerem

60) anhelitum 61) opus, facinus in bonum et in malum 62) arbitraris 63) gaudium 64) Chremes 65) Phanii 66) an uti 67) Demiphone 68) Phanii.

Schwarz. ad Plin. Panegyr. c. 22.

28. *Animam compreſſi*] *Animam tenere* dixit Ovid. l. c. *animam continere* Cic. de Orat. I. 61. *Demoſthenes tantum in continenda anima in dicendo eſt aſſecutus.*

32. *pulcherrimum facinus*] *facinus* etiam in bonum ſenſum dicitur. in Heaut. II. 3. 23. Salluſt. in Catil. c. 20. *maximum atque pulcherrimum facinus incipere* ubi v. Cort.

37. *dabo*] dicam, narrabo. v. not. ad Heaut. prol. v. 16.

ANT. Hem, quin ergo rape me. Quid ceſſas? GE. Fecero. ANT. O mi Phormio
Vale. PHO. Vale Antipho. Bene ita me Dii ament factum. gaudeo
Tantam fortunam de improviſo eſſe hiis datam.
Summa mihi eludendi occaſio eſt mihi *) ſenes,
Et Phedriae curam adimere argentariam.
Ne cuiquam ſuorum aequalium ſupplex ſiet [69])
Nam idem hoc *) ita ut datum eſt [70]) ingratis
His [71]) datum erit. [72]) Hoc qui [73]) cogam re ipſa repperi. [74])
Nunc geſtus mihi vultus *) eſt capiundus novus.
Sed hinc concedam [75]) in angiportum hoc proximum.
Inde hiſce [76]) oſtendam me, ubi erunt egreſſi foras.
Quo me aſſimularam ire ad mercatum [77]) non eo.

(Actus V. Scena VII. DEMIPHO. PHORMIO. CHREMES.)

DEMIPHO. [78]) Diis merito magnas gratias habeo atque ago,
Quando evenere haec nobis frater [79]) proſpere.
Quantum poteſt nunc conveniundus Phormio eſt,
Priusquam dilapidet [80]) noſtras triginta minas,

*) *edit. et Bentl. add.* nunc 69) quia dabo ei XXX minas *) *edit. et Bentl. add.* argentum 70) mihi *) *edit. et Bentl.* ingratiis 71) ſenibus nolentibus 72) mihi 73) quomodo 74) non auferetur mihi *) *edit. et Bentl.* vultusque 75) tranſibo 76) ſenibus 77) quaſi ad mercatum iſſem et inde revertar 78) ſecum 79) o frater Chremei 80) diſſipet diſtrahendo.

---

42. *Quin ergo*] hae particulae hortationi inſerviunt Curt. V. 7. *quin igitur ulciſcamur Graecos.*

Act. V. Scen. 7.

4. *dilapidet*] i. e. diſperdat. conſumat. Translatio inde eſt quod lapides ſine cura temere iacimus atque ita diſperdimus.

Ut auferamus. PHO. Demiphonem, ſi domi eſt
Viſam, ut quod [81] DE. At nos ad te ibamus Phormio.
PHO. De eadem hac fortaſſe cauſa. *) DE. Ita hercle. PHO. Credidi.
Quid ad me ibatis? Ridiculum. An veremini **) [82]
Ne non id facerem quod recepiſſem ſemel? [83]
Heus heus quanta haec mea paupertas eſt, tamen
Adhuc curavi unum hoc quidem, ut mihi eſſet fides.
CH. Eſtne [84] ita ut dixi liberalis? [85] DE. Oppido
PHO. Ha *) ad vos venio nuntiatum Demipho,
Paratum eſſe, [86] ubi vultis uxorem [87] date.
Nam omnes poſthabui [88] mihi res ita uti par [89] fuit,
Poſtquam tantopere id vos velle animum adverteram. *)
DE. At hic [90] dehortatus eſt me, ne illam tibi darem.
Nam qui erit rumor populi inquit [91] ſi id feceris?
Olim cum honeſte potuit, [92] tum non eſt data.
Nunc viduam [93] extrudi turpe eſt. Ferme [94] omnia eadem,

81) cogitavi dicam illi *) *edit. interrogat* **) *edit.* verebamini *improb. Bentl.* 82) timetis 83) ne argentum vobis reddam quod accepi 84) filia mea 85) honeſta *) *edit.* itaque 86) me 87) Phanium quam habuit Antipho 88) poſtpoſui 89) dignam *) *edit.* animadverteram 90) Chremes 91) Chremes 92) tibi dari 93) priore viro privatam 94) prope.

15. *poſthabui*] i. e. poſtpoſui. Vellei. Patercul. eodem modo dixit *poti ferre.* v. not. ad Ad. II. 3. 9.

20. *viduam*] h. e. ab illo, cui nupta eſt, ſeparatam. Nam *vidua* non tantum dicitur, cuius maritus mortuus eſt, ſed etiam cuius maritus abeſt ſuperſtes. v. Plaut. in Sticho I. 1. 2. *quae vidua tam diu Viro ſuo caruit* et in Menaechm. I. 2. 4. *foris vidua viſas patrem;* unde *vidua nox* dicitur, in qua quis ſecubuit nec Venere uſus eſt. Ovid. Epiſt. XIX. 69. *Cur ego tot viduas ex*

Quae tute dudum coram me 95) incuſaveras.
PHO. Satin ſuperbe illuditis me? DE. Qui? 96) PHO. Rogas?
Quia ne alteram quidem illam potero ducere.
Nam quo redibo ore 97) ad eam quam contempſerim? 98)
CH. Tum autem Antiphonem video ab ſeſe amittere
Invitum eam, inque 99) DE. Tum autem video filium
Invitum ſane mulierem ab ſe amittere.
Sed tranſi ſodes ad forum atque illud mihi
Argentum rurſum iube reſcribi ¹) Phormio. ²)
PHO. Quodne? *) 3) Ego perſcripſi 4) porro illis quibus debui. —
DE. Quid igitur fiet? PHO. Si vis mihi uxorem dare
Quam deſpondiſti, ducam. Sin eſt ut velis
Illam manere apud te, dos hic omnis maneat 5) Demipho. 6)
Nam non eſt aequum me propter vos decipi.
Cum ego voſtri honoris cauſa repudium alteri 7)

95) dicit Chremes 96) quomodo 97) vultu 98) quam propter ipſam dimiſi 99) loquere 1) reddi 2) o Phormio *) *edit. neque interrogat neque diſting.* 3) argentum 4) reddidi 5) apud me 6) o Demipho 7) mulieri.

---

egi frigida noctes Petron. c. 133. *an contentus fuit vidua pudicaque nocte.* v. Gronov. in lection. Plautin. p. 328.

21. *Eadem omnia me incuſaveras*] iunguntur uni verbo duo accuſativi, alter perſonae, alter rei, de qua conſtructione v. Perizon. ad S. Min. II. 5. 6. p. 189.

29. *reſcribi*] reddi per trapezitam ſive argentarium. Veteres facultatum ſuarum partem apud argentarium deponebant, ad eumque creditores ſuos remittebant: quod dicebatur *reſcribere* vel *perſcribere.* v. Donat. ad h. l. ſolvere per aſſignationem hodie dicitur. Rem copioſe explicuerunt Salmaſ. de uſur. p. 473. Gronov. Obſerv. IV. 9. et Graev. ad Cicer. ad Attic. XVI. 2.

35. *veſtri honoris cauſa*] Sic Cicero et optimus quisque vete-

Remiſerim, quae dotis tantundem 8) dabat.
DE. I hinc in malam rem cum iſtac magnificentia 9)
Fugitive. Etiam nunc credis te ignorarier,
Aut tua facta adeo? PHO. Irritor. 10) DE. Tun hanc duceres
Si tibi data eſſet? PHO. Fac periculum. 11) DE. 12) ut filius
Cum illa habitet apud te hoc noſtrum conſilium fuit.
PHO. Quaeſo quid narras? DE. Quin tu mihi argentum cedo 13)
PHO. Immo vero tu uxorem cedo. DE. In ius ambula.
PHO. In ius. Enimvero 14) ſi porro eſſe odioſi 15) pergitis
DE. Quid facies? PHO. Egone? Vos me indotatis 16) modo
Patrocinari 17) fortaſſe arbitramini.
Etiam dotatis ſoleo. 18) CH. Quid id noſtra? 19) PHO. 20) Nihil.
Hic quandam 21) noram cuius vir uxorem. CH. Hem. DE. quid eſt?
PHO. Lemni habuit aliam. CH. Nullus ſum. PHO. Ex qua filiam
Suſcepit et eam clam educat. CH. Sepultus ſum

8) XXX minas 9) qua nos magnificas 10) deludor 11) probationem 12) yronicos 13) redde 14) in ius vadam 15) perſeveratis in duritia 16) dotem meam aufertis 17) me 18) patrocinari non ſolum indotatis ſed etiam dotatis 19) quid ad nos pertinet 20) Hic iam incipit denudare cauſam Chremetis de uxore 21) dotatam.

---

rum loquitur, dein etiam dicere coeperunt *in honorem*, *in gratiam alicuius facere*. v. Duker. ad Flor. I. 3. p. 42.

49. *Lemni habuit aliam*] pro *in Lemno*. Saepe nomina inſularum et regionum conſtruuntur ut nomina urbium. Nep. in Milt. c. 2. *domum Cherſoneſi habere* Juſtin. XXXIX. 4. *bello Cypri exſulantem perſequitur*. v. Voſs. de conſtruct. c. 25.

PHO. Haec adeo ego illi [22]) iam denarrabo. CH. Obſecro ne facias
PHO. O Tun [23]) is eras? DE. Ut [24]) ludos facit. CH Miſſum te facimus [25])
PHO. Fabulae. CH. Quid vis tibi?
Argentum quod habes, condonamus te. PHO. Audio.
Quid vos malum. [26]) ergo me ſic ludificamini
Inepti veſtra puerili ſententia? [27])
Nolo. Volo. Volo. Nolo. Rurſum *) Cedo. [28]) Cape
Quod dictum, Indictum eſt, quod modo erat ratum, id irritum eſt.
CH. Quo pacto aut unde hic haec reſcivit? DE. Neſcio,
Niſi me dixiſſe id nemini certo ſcio.
CH. Monſtri ita me Di ament ſimile eſt *) PHO. Inieci [29]) ſcrupulum. DE. Hem.
Hiccine ut a nobis tantum hoc argenti auferat
Tam aperte irridens? Emori hercle ſatius eſt.
Animo virili praeſentique ut ſis para. [30])
Vides peccatum tuum eſſe latum *) foras,
Neque id iam celare poſſe te uxorem tuam.
Nunc quod ipſa ex aliis auditura ſit **) Chreme
Id nosmet ipſos ***) indicare placabilius eſt.

22) uxori eius 23) an tu vir 24) quemadmodum 25) liberum te facimus 26) exclamatio 27) dicitis mihi *) *edit. diſting. poſt* rurſum 28) redde *) *edit. omitt.* eſt, *et deletum in MS. addita gloſſa* eſt 29) iſtis 30) o Chreme *) *edit.* delatum **) *edit.* eſt *improb. Bentl.* ***) *edit. et Bentl. omitt.* ipſos.

52. *ut ludos facit*] ſcilicet nos i. e. ut nos ludibrio habet.

54. *audio*] *audio* dicimus, cum quid credimus adverſario ſive ſerio, ſive per ironiam. v. not. ad Eun. II. 3. 79.

65. *eſſe elatum foras*] h. e. eſſe palam factum. Cic. Philipp. X. 3. *efferri tum foras et ad populi Romani aures pervenire.*

Tum hunc impuratum 31) poterimus noſtro modo
Ulciſci. 32) PHO. At at. Niſi mihi proſpicio haereo.
Hi 33) gladiatorio animo ad me affectant viam.
CH. At vereor ut placari 34) poſſit. DE. Bono animo es 35)
Ego redigam vos 36) in gratiam. hoc 37) fretus Chreme 38)
Cum 39) e medio 40) exceſſit, 41) unde haec ſuſcepta eſt tibi. 42)
PHO. Itane agitis mecum? Satis aſtute aggredimini.
Non hercle ex re iſtius 43) me inſtigaſti Demipho. 44)
Ain tu tandem *) ubi peregre quod libitum fuit feceris,
Neque huius ſis veritus feminae primariae; 45)
Quin novo modo ei faceres contumeliam *)
Veneas **) 46) nunc mihi *) precibus lautum 47) peccatum tuum?

31) mendacem 32) ulciſcor hunc i. e. vindictam ſumo de illo 33) ſenes 34) uxor 35) eſto 36) te et uxorem 37) de hoc ſis 38) o Chreme 39) quia 40) hominum 41) mulier. 42) In hoc facilius placabitur tibi tua uxor, quia illa alia unde hanc filiam, Phanium habes e medio exceſſit i. e. mortua eſt, nec habebit te in ſuſpicionem 43) Chremetis 44) o Demipho *) *edit. omitt.* tandem *prob. Bentl.* 45) optimae *) *edit.* contumelias *improb. Bentl.* **) *edit. et Bentl.* venias 46) vendas *) *edit. omitt.* mihi *improb. Bentl.* 47) a te expurgatum.

---

71. *gladiatorio animo*] i. e. plane deſperato, ut perdere me velint vel perire. Sic etiam gladiatores concurrebant. Gell. VII. 3. *Nam gladiatori compoſito ad pugnandum pugnae haec propoſita ſors eſt, aut occidere ſi occupaverit aut occumbere ſi ceſſaverit.*

74. *e medio exceſſit*] i. e. diem obiit ſupremum, infra V. 8. 30.

78. *huius veritus*] Perizon. ad S. Min. II. 3. p. 168. ſupplet *cauſa.* Nam ut Graeci ἕνεκα ſic Latini *cauſa* ſaepe omittunt. v. Voſs. de conſtr. c. 27.

79. *novo modo*] i. e. in audito, cuius exemplum non extat. Cic. pro Roſc. Amer. c. 1. *iniuriam novo ſcelere conflatam* Sueton. in Calig. c. 40. *vectigalia nova et inaudita.*

80. *lautum peccatum*] *lavare peccatum* idem eſt quod luere peccatum. Nam *luere* proprie

His ego illam [48] dictis ita tibi incenſam [49] dabo,
Ut ne reſtinguas lacrimis ſi exſtillaveris.
DE. Malum, [50] quod iſti Dii Deaeque omnes duint [51])
Tantane affectum quenquam eſſe hominem audacia? [52]
Nonne hoc publicitus [53] ſcelus hinc deportarier [54]
In ſolas [55] terras? CH. In id redactus ſum loci,
Ut quid agam cum illo, neſciam prorſus. DE. Ego ſcio
In ius eamus. PHO. In ius. [56] Huc ſi quid lubet. [57]
DE. Aſſequere, [58] ac retine, [59] dum ego hinc *) ſervos voco. [60]
CH. Enim *) ſolus nequeo, accurre huc. PHO. Una iniuria eſt
Tecum. [61] CH. Lege, *) [62] agito ergo. PHO. Altera eſt tecum Chreme. [63]

48) uxorem tuam 49) iratam 50) exclamatio 51) dent 52) aliquis audivit 53) publice 54) deportabitur 55) non ſolum inhabitabiles ſed in deſertas 56) ad ius 57) volo ire 58) o Chreme 59) iſtum *) *edit.* huc *prob. Bentl.* 60) voluit eum tenere (teneri) Demipho *) *edit.* etenim *improb. Bentl.* 61) o Demipho *) *edit. et Bentl. non diſting.* 62) dic iniuriam 63) o Chreme.

---

eſt lavare, lavando purgare, ut ex compoſitione patet. Sed uſus poſtea huius verbi fluxit ad ſignificandam purgationem criminis, quae purgatio fit vel ſacrificio vel qualicunque poena. v. Perizon. ad S. Min. III. 2. p. 281.

82. *lacrymis ſi exſtillaveris*] i. e. ſi lotus quaſi in lacrimas convertaris. *Stillare guttas* emittere, *exſtillare* guttatim finiri v. Donat. ad h. l.

83. *malum quod iſti dii etc.*] haec imprecandi formula totidem verbis eſt apud Plaut. in Moſtell. III. 1. 125. in qua quid abundare videtur. Plaut. in Amphitr. II. 1. 13. *malum quod tibi Dii dabunt.*

84. *affectum audacia*] i. e. praeditum. Cic. de Offic. I. 21. v. Giſanii Obſerv. in Ling. Lat. p. 15.

86. *in ſolas terras*] i. e. deſertas. v. not. ad Andr. II. 4. 3. De ſupplicio, quo nocentes in deſertas regiones deportabantur, agit Is. Caſaubon. ad Sueton. Caeſ. c. 66.

91. *lege agito*] *lege agere*

DE. Rape hunc. PHO. Itane agitis? Enimvero voce eſt opus.
Nauſiſtrata exi. CH. Os 64) opprime. DE. Impurum vide,
Quantum valet. PHO. Nauſiſtrata inquam. CH. Non taces?
PHO. Taceam. DE. Niſi ſequitur, pugnos in ventrem ingere.
PHO. Vel 65)oculum exclude. Eſt ubi vos ulciſcar locus.

(Actus V. Scena VIII. NAUSISTRATA. CHREMES. PHORMIO. DEMIPHO.)

NAUSISTRATA. 66) Qui nominat me? CH. Hem. NAU. Quid iſtuc turbae eſt obſecro
Mi vir. PHO. Ehem. quid nunc obticuiſti? 67) NAU. Quis hic homo eſt?
Non mihi reſpondes? 68) PHO. Hiccine ut tibi reſpondeat,
Qui hercle ubi ſit neſcit? DE. Cave iſti quicquam credas.
PHO. Abi, tange. 69) ſi non totus ſriget, 70) me eneca. 71)
CH. Nihil eſt. NAU. Quid ergo eſt, quod iſtic narret? PHO. Iam ſcies.

64) illius 65) etiam 66) Nauſiſtrata uxor Chremetis audiens vocem Phormionis egrediens agebatur (angebatur) 67) o Chremes 68) Chremes 69) Nauſiſtrata 70) prae timore 71) interfice.

---

dicitur qui actionem alicui intendit ex lege aliqua, quae dat facultatem actionis intendendae. v. Erneſt. in Clave Cicer. voce *lex.*

96. *Oculum exclude*] i. e. effode Plaut. in Pſeud I. 5. 95. *excludito mihi oculum.*

eſt] ſcilicet locus vel tempus.

Act. V. Scen. 8.

4. *ubi ſit neſcit*] h. e. plane perturbatus eſt. Flor. II. 10. *ubi eſſent prae poculis neſcientes.* v. Duker. p. 382.

Ausculta. DE. Pergin credere? NAU. Quid ego obsecro
Huic credam, qui nihil dixit? PHO. Delirat miser
Timore. NAU. Non pol temere est, quod tu tam times. 72)
CH. Egon timeo? PHO. Recte sane quando 73) nihil times,
Et hoc nihil est, quod ego dico, tu narra. DE. Scelus,
Tibi narret? PHO. Eho tu factum est a te 74) sedulo 75)
Pro fratre. NAU. Mi vir. Non mihi narras? CH. 75a) At. NAU. Quid at?
CH. Non opus est dicto. PHO. Tibi quidem, 76) at scito huic 77) opus est.
In Lemno. CH. Hem, quid agis? DE. Non taces? PHO. Clam te. CH. Ei mihi
PHO. Uxorem duxit. NAU. Mi homo Dii melius duint. 78)
PHO. Sic factum est. NAU. Perii misera. PHO. Et inde filiam
Suscepit iam unam dum tu dormis. CH. Quid agimus?
NAU. Proh. Dii immortales facinus indignum et malum.
PHO. Hoc actum est. NAU. An quicquam hodie est factum 79) indignius?

72) o Chremes 73) quia 74) o Demipho 75) studiose 75a) blandientis 76) non est opus 77) Nausistratae 78) dent 79) mihi.

---

18. *dum tu dormis*] i. e. dum tu secura es. v. not. ad Heaut. II. 3. 101.

20. *hodie*] saepe non tempus significat sed iracundiam et stomachum. v. Aen. II. 670. *nunquam omnes hodie moriemur inulti* in Ad. II. 2. 7. ubi v. Donat.

Qui mihi ubi ad uxores ventum eſt, 80) tum fiunt ſenes. 81)
NAU. Demipho te appello. Nam me cum hoc ipſo 82) distaedet 83) loqui.
Haeccine erant itiones crebrae, et manſiones diutinae
Lemni? 84) haeccine erat ea quae noſtros fructus minuit vilitas?
DE. Ego Nauſiſtrata eſſe in hac re culpam meritam non nego.
Sed ea *) 85) quae ſit ignoſcenda. PHO. Verba fiunt mortuo. 86)
DE. Nam neque neglegentia tua neque odio id fecit tuo.
Vinolentus fere abhinc annos quindecim mulierculam
Eam compreſſit, unde haec nata eſt. Neque poſt, 87) illam *) unquam attigit.
Ea mortem obiit. E medio abiit, qui fuit in hac re ſcrupulus. 88)
Quamobrem te oro ut 89) alia facta tua ſunt aequo animo feras.

80) cum de uxore coepi ſermocinari 81) cum antea iuveniliter percutiendo egiſſent 82) tuo (l. meo) marito 83) valde taedet vel Dis teſtibus taedet 84) apud Lemnum *) *edit.* eam *improb. Bentl.* 85) culpa 86) non te audiet. 87) poſtea *) *edit. et Bentl.* poſtilla 88) unde tibi ſuſpicio eſſe potuit. 89) quemadmodum.

---

21. *qui mihi etc.*] h. e. qui ſenectutem excuſant, ubi officium praeſtandum eſt uxoribus. Hic locus expreſſus eſt e Plauto in Aſin. IV. 2. 3. *uxori excuſes te et dicas ſenem. Mihi* abundat ut ſaepe.

26. *verba fiunt mortuo*] pro eo dicitur in Heaut. II. 1. 10. *ſurdo narrat fabulam.*

27. *negligentia tua, odio tuo*] dicitur pro *negligentia tui, odio tui* v. Schwarz. ad Plin. Panegyr. c. 14. *Rhenumque et Euphratem admirationis tuae ſocietate coniungeres.* Sic Heaut.

NAU. Quid ego aequo animo? 90) Cupio misera in hac re iam defungier.
Sed quid sperem? Aetate porro minus peccaturum putem?
Iam tum erat senex, senectus si verecundos facit.
An mea forma atque aetas 91) nunc magis expetenda est Demipho? 92)
Quid mihi nunc affers, 93) quam ob rem expectem aut sperem porro non fore? 94)
PHO. Exequias 95) Chremeti quibus est commodum ire em *) tempus est.
Sic dabo. 96) Age 97) nunc age Phormionem qui volet lacessito.
Faxo tali eum mactatum atque hic 98) est infortunio.
Redeat 99) sane in gratiam 1) iam supplicii satis est mihi. 2)
Habet haec ei quod dum vivat usque ad aurem obganniat.

90) feram 91) iam senilis 92) quam tum esset 93) dicendo 94) istum amplius nom peccaturum 95) sepulturam et mortem *) *edit.* iam *improb. Bentl. Codicum omnium optimus Bembinus scilicet habet* em 96) talia dicendo de illo 97) yronicos 98) sicut Chremes 99) Chremes 1) Nausistratae 2) est de illo sumptum.

II. 3. 66. *desiderio tuo* pro *tui.*

32. *defungi*] h. e. finem molestiae imponere, ut explicuimus ad Ad. III. 4. 63.

38. *sic dabo*] formula insultantis et poenas ab inimico sumtas esse gratulantis. Plaut. in Men. IV. 2. 40. *Sic datur.* Pseud. I. 22. *Qui nunc? doletne? hem sic datur, si quis herum servus spernit* ubi v. interpr.

41. *obganniat*] i. e. exprobret. Plaut. in Asin. II. 4. 19. *centies eadem imperem atque obganniam. Gannire* et *obloqui* iunxit Catull. Carm. II. Terentium imitatur Apuleius metam. p. 85. *incertum quidnam in aurem mulieris obgannit.*

NAU. An meo merito credo? *) 3) Quid ego nun ea *) commemorem Demipho
Singillatim qualis 4) ego in hunc 5) fuerim? DE Novi aeque omnia 6)
Tecum. NAU. Meriton hoc meo videtur factum DE. Minime gentium;
Verum quando iam accusando fieri infectum no potest,
Ignosce 7) orat, 8) confitetur, purgat. quid vis am plius?
PHO. Enimvero priusquam haec dat veniam, mi hi prospiciam et Phedriae.
Heus Nausistrata priusquam huic respondes temer audi. NAU. Quid est?
PH. Ego minas triginta per fallaciam ab illo 9) ab stuli.
Eas dedi tuo gnato. 10) Is pro sua amica lenon dedit.
CH. Quid ais? NAU. Adeo *) indignum tibi vide tur, filius
Homo adolescens, si habet unam amicam, tu 11 uxores duas *)

*) *edit. et Bentl.* at m. m. credo! 3) aliam uxorem superindu-
ctam *) *edit. et Bentl. om.* ea 4) quam fidelis 5) Chreme-
tem virum meum 6) honesta 7) Nausistrata 8) Chreme-
9) a Chremete 10) Phedriae *) *edit.* adeon hoc 11) iam
senex *) *edit. interrogat.*

---

42. *credo*] eleganter inservit ironiae, supra I 2. 90. Cic. de provinc. consul. c. 12. *Caesar quid est cur in provincia commorari, velit, nisi ut ea quae per eum effecta sunt, perfecta reipublicae tradantur? Amoenitas eum, credo domorum, urbium pulchritudo retinet.* Lactant I. 7. *Apollo quem praeter ceteros divinum existimant, Colophone respondens, quod Delphis credo emigraverat.* v. Leopard emendat. III. 6. et Graev. ad Cic. ad Attic. VII. 7.

Nihil pudere? Quo ore illum obiurgabis? Responde mihi.
DE. Faciet ut volet. **) NAU. Immo ut iam meam ſcias ſententiam,
Neque ego ignoſco neque promitto quicquam, neque reſpondeo
Prius quam gnatum videro. ***) Eius iudicio permitto omnia.
Quod is iubebit faciam. PHO. Mulier ſapiens es Nauſiſtrata.
NAU. Satis tibi eſt? PHO. Immo vero pulchre diſcedo et probe
Et praeter ſpem. NAU. Tu †) tuum nomen dic quod eſt. PHO. Mihin?
Phormio, [12]) veſtrae familiae hercle amicus, et tuo ſummus [13]) Phedriae.
NAU. Phormio. At ego ecaſtor [14]) poſthac tibi quod potero et quae voles
Faciamque et dicam. PHO. Benigne dicis. NAU. Pol meritum eſt tuum.
PHO. Vin primum hodie facere quod ego gaudeam Nauſiſtrata
Et quod tuo viro oculi doleant? NAU. Cupio. PHO. Me ad cenam voca.

) *edit. et Bentl.* voles *) *edit.* video *improbante Bentleio* †) *edit. omittit* tu *improbante Bentl.* 12) vocor 13) amicus 14) per Deum Caſtorem.

---

59. *tuum nomen dic*] egregie annotat Donatus potentiorum blandimentum circa inferiores hoc fuit, ut nomina eorum quaererent et cum audiiſſent, ipſis nominibus eos appellarent.

63. *quod ego gaudeam*] *quod* ponitur pro *propter quod.* v. Perizon. ad S. Min. III. 3. nota 45. p. 330.

64. *oculi doleant*] oculi dolere illis dicuntur, qui rem moleſtam et odioſam cernunt. Plaut. in Moſt. IV. 2. 19. *Vah oculi dolent?* TR. *Cur?* PH. *Quia fumus moleſtus eſt.*

NAU. Pol vero voco. DE. Eamus intro hinc CH.
Fiat. Sed ubi eſt Phedria
Iudex noſter. PHO. Iam hic faxo aderit. ω. Vos
valete et plaudite.

CALLIOPIUS RECENSUI. *)

P. TERENTII AFRI COMOEDIA PHORMIO A CALLIOPIO BONO SCHOLASTICO EXPLICIT FELICITER.

Folio ultimo codicis averſo legitur haec ſtropha ex carmine chriſtiano a non nemine, qui binis ad minimum ſeculis poſt ſcribam vixit, decerpta

Nunc in excelſis Dominus reſurgens
Et ſupra celos Deus elevatus
Inde venturus homo iudicatus
Denuo iudex.

*) *His verbis finitur editio.*

CAROLI GOTTHOLDI LENZII,

QUONDAM PROFESSORIS GOTHANI,

OBSERVATIONES AD TERENTIUM.

Ad inſcriptionem Andriae v. ſupra T. I. pag XXXII.

egerunt L. Ambivius, etc.] principes ductores gregis comici.

Modos fecit] v. Böttiger quatuor aetates rei ſcenicae pag. 15. Modi muſici in comoedia facti ſpectabant ad monologos *μονῳδιας* in quibus una tantum perſona dicebat; diverbia tantum pronuntiabantur ſine cantico. v. Barthez ſur la declamation theatrale des anciens Grecs et Romains in (Millin) Magaſin encyclopédique 1805. Nov. p. 14.

paribus] Flaccus Ambivio cantica ſaltanti accinebat. *Tibiae pares*, iugatae, *ζεύγη*, quae, dum ſimul inflantur, ab uſu dextrae ſiniſtraeque appellatae v. Schneideri index ſcriptt. R. R.

ANDRIA.

Prolog. v. 26. *de integro*] conf. prol. Heautont. 4.

— — 27. *exigendae*] *ἐκβάλλειν* eiicere de exploſis fabulis v. Perizon. ad Aelian. V. H. XIII. 17.

ad Andr. I. 1. 17. *exprobratio*] Plaut. Amphitr. prol. 47. *Sed ille mos nunquam fuit patri meo Ut computaret quot bonis faceret bona.*

— — 29. *ut animum — equos*] *Imberbis iuvenis tandem cuſtode remoto Gaudet equis* Horat. A. P. 161. 162. Aeneas Sophiſta ep. 1. *Ἄλλος μὲν σμινύης ἐρᾷ· Γεωργὸς οὗτος. ἑτέρῳ πρὸς κύνας ὁ ἔρως· κυνεγέτης ουτος. ἄλλῳ τόξον ἐν ἡδονῇ. τῷ δὲ ἵππος τὰ παιδικά. ἐμοὶ δὲ βίβλια καὶ λόγοι.*

— — 30. *ad philoſophos*] Cic. de Orat. III. 15. 58.

— — 48 — 52] v. Valckenaer ad Theocr. Eidyll. et Adoniazuſas Lugd. Batav. 1773. p. 339.

— — 91. *unam*] aliquam. v. Boiſſonade ad Philoſtr. Her. p. 434.

— 2. 34. *neque tu haud dicas*] Sic Schmieder. Sed *hoc tibi* codex Oldenb. *ſine dubio legendum* Oldenburgicus *vel* Oldenburgenſis. [Uberiorem huius codicis notitiam locique ubi lateat, mihi editori impertire non potuit doctiſſimus et humaniſſimus frater b. auctoris.]

— — 4. 8. *turba*] perturbatus animus.

— II. 3. 12. Conſentit cod. Old. cum Halenſi in lectione *hac*

— — — 28. *qui ſe ſciret*] ut certa eſſet; cf. nota Schmiederi ad II. 1. 36.

— — 5. 11. *cum gratia*] non vi ſed a te volente.

— — — 19. *in ſomnis*] noctu.

III. 3. 30. Pro *emenſurum* edit. Schmieder. lege *emerſurum.*

— — 3. 41. Pro *incommodum* edit. Schmieder. legendum *commodum.*

— — 14. *coniecisti*] Lucret. V. 11. *quique per artem Fluctibus e tantis vitam tantisque tenebris In tam tranquillo et tam clara luce locavit.*

— V. 1. 11. *ſeditionem*] discordiam; de turba privatorum v. Gron. Plaut. Amphitr. I. 2. 16.

EUNUCHUS.

Prolog. 41. *iam*] noſtra aetate.

Act. I. Sc. 1. 22. *falſa lacrimula*] Heliodor. VIII. 5. *μίαν θεράπειαν καὶ δάκρυον Αρσάκειον οὐχ' ὑποστήσεται.*

— 2. 58. *fingit cauſas*] proverbium *προφάσεων δέεται μόνον ἡ πονηρία* v. Lennep ad Phalar. 65. p. 195.

— II. 2. 5. *aegrum pannis annisque obſitum*] Burmann. ad Lucan. V. 628.

— — 16. *primus inveni*] ut Latini v. c. Lucret. V. 9. ſic Graeci paſſim *πρῶτος εὗρε* dicunt ut exempla docent a Bentl. allata praef. reſponſ. ad Boyle p. LV. in calce Phalar. Lennep.

— — *ſedecim*] v. Gronov. Plaut. Amphitr. II. 1. 67.

— — — 61. *munere hoc*] Hor. Carm. IV. 1 — 17. *Et quandoque potentior largis muneribus riſerit aemuli.*

— III. 1. 19. *Perpaucorum hominum*] Horat. Serm. I. 9. 44. *Paucorum hominum et mentis bene ſanae.*

— — — 36. *lepus es et pulpamentum quaeris*] *Δασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖ* Suidas v. *δασύπους.*

— — — *emoriri*] paene enecabantur. v. Abresch in Miscell. Observat. Vol. VI. p. 284.

— III. 2. 23. usque ad 25 *tacent satis — solertem dabo*] v. Martini var. lect. II. 15.

— — — 38. *e flamma cibum petere*] Tyllius Geminus Anthol. gr. Jacobsii T. II. p. 256. n. 9, 2. vel Brunckii Anal. T. II. p. 281. lin. 10 de mure *ἐκ θανάτου κέρδεα ληζόμενος.*

Ad locum Catulli *rapere de rogo coenam*, quem Ruhnkenius laudavit, v. Schneideri lexicon gr. german. edit. 2. v. *βωμολογος.*

— — 4. 2. *symbolis*] v. Casaub. ad Athenaeum III. 86. To. 2. p. 319. sqq. edit. Schweigh.

— — 5. 18. *formarum spectator*] *παρθενοπίπης.*

— — — 43. *ego homuncio hoc non facerem*] Incertus in Anal. gr. epigr. 52. To. 3. p. 161.

— IV. 6. 4. *verum enim*] v. Spalding ad Quintilian. II. 21. 6.

— V. 8. 29. *invocato*] i. e. non vocato. Exempla dedit Davis. ad Cic. Nat. Deor. I. 38. *quid quod etiam ad dormientem veniunt invocatae (imagines.)*

— — — 49. *fatuus est — — — et dies*] Huschke anal. crit. in anthol. gr. p. 169. comparat cum epigr. Parmenionis.

HEAUTONTIMORUMENUS.

P. 269. l. 7. *DEXTRIS*] *Dextera* unum foramen habet, e summa parte calami facta, gravioris soni putatur et incentiva fuisse; *sinistra* duorum foraminum, e crassiore calami materia, radici proxima, acutioris soni et succentiva fuisse perhibetur v. Schneider ad Varron. de re rustica I. 2. 15.

Prolog. 10. *didicerim*] Hecyr. prolog. alter 10. et 48.

— 12. *vestrum iudicium*] vos iudices causae suae adversus Luscium et similes facit.

— 31. *qui nuper — in via*] Similia Plaut. Capt. IV. 2. 11. ubi saltem parasitus quemque sibi via cedere iubet et Plaut. Aulul. III. 1. 1. *Optati cives, populares, incolae, accolae, advenae omnes, Date viam qua fugere liceat.*

— 37. *ne semper servus — senex*] Plaut. Capt. prolog. 57. *Hic neque periurus leno est nec meretrix mala. Neque miles gloriosus: neu vereamini.* Prolog. Eunuchi

36. *Qui magis licet currentes ſervos ſcribere, Bonas matronas facere, meretrices malas* etc.

— 41. *mea cauſa*] Hecyra prolog. alt. 47. *Mea cauſa cauſam hanc accipite.*

— 44. *laborioſa eſt*] laborat, in discrimine poſita eſt, ego orator excitor.

— 45. *gregem*] adoleſcentes v. 2. prologum agentes.

— 48. *ſi nunquam — arti meae*] Hecyra prolog. alt. 41. *Si nunquam avare pretium ſtatui arti meae.*

Act. I. 1. 37. *appone*] Il. IV. 112. *προτὶ γαίῃ ἀγκλίνας.*

— — — 81. *uti — utenda*] epigr. incerti in anthol. gr. Num. II. p. 435.

— — — 120. *ibo — fores*] Menander fragm. Cleric. 239. p. 106. Emendation. in Menandri et Philemon. reliquias Traj. ad Rhen. 1710. ἀλλ' ἐψόφηκε τὴν θύραν τις ἐξιὼν ut emendavit ſummus Bentlei. qui ſub nomine Phileleutheri Lipſienſis latet.

— II. 1. 9. *ait — ſiet*] ſc. 2. 36. *Hoc ſcitum eſt: periculum ex aliis facere, tibi quod ex uſu ſiet.*

— — — 16. *tum quod dem*] fortaſſe *dum.*

— — 3. 124. *nam quendam — incenderet*] Ruhnken. ad Xenoph. memor. Socrat. p. 234. ſq. edit. Erneſt.

— III. 1. 89 — 102. Haec non bene inter ſe ſunt nexa et hiant. Iubet eum domum concedere v. 90; ſed is adhuc adeſt v. 102. Exire aliquis domo dicitur v. 90; nec apparet, *quis?* Narratio de vicinis inter haec ſingulari modo interponitur. Quid multa? Puto verſus quosdam ſuam ſedem mutaſſe et ita iungo:

88. CHREMES. Operam dabo.
92. Paulum hoc negotii mihi obſtat. Simus et Crito.
93. Vicini noſtri hic ambigunt de finibus.
94. — 102. incluſive.
90. A me neſcio quis exit. Concede hinc domum.
91. Ne nos inter nos congruere ſentiant.
89. Syrus eſt; prehendendus atque adhortandus mihi.

Scilicet Chremes, quum aperiri oſtium ſuae domus vidit, iubet abire Menedemum; paulo poſt agnoſcit exeuntem Syrum, et dicit: *Syrus eſt;* addens: ille ipſe qui mihi Menedemi cauſa prehendendus ac hortandus eſt. *Prehendere* puto, eo ſenſu quo Plautus Mil. I. 1. 60. *pallio me reprehendere.* Vult eum praetercurrentem quaſi e fuga revocare, retrahere. Poterat etiam a verſu 89 nova ſcena

incipere; ſed melius puto initium habet ab eo, quo vulgo, verſu.

— — 3. 42. *arrhaboni*] Menander edit. cit. p. 108. Nr. 247. μικροῦ μεν' ἀῤῥαβῶν εὐθύς μ' ἔπεισε καταβαλεῖν.

— — 11. *curriculo percurre*] Hom. II. 183. βῆ δὲ θέειν.

— — 5. 30. *atque veſtem. qui*] Sublata interpunctione lege *veſtem qui* conf. IV. 8. 15. *Des qui aurum et veſtem et alia quae opus ſunt comparet.*

— — 7. 10. *haec*] ſcilicet ornamenta.

— V. 1. 26. *amicam hanc*] Bacchidem.

ADELPHI.

P. 3. l. 6. *tibiis Sarranis*] quae ſunt pares et aequales habent cavernas. De Phoeniciis tibiis Böttiger im Attiſch. Muſeum I. 2. p. 350. Gingra, Pollux onomaſt. 4, ſegm. 76.

Act. I. 1. 6. *quae parentes propitii*] Evenus ap. Ruhnken. ad Rutil. p. 39. ἢ δέος ἢ λύπη παῖς πατρὶ πάντα χρόνον.

— — — 38. *ineptus es*] ineptis, delicias facis cito.

— II. 1. 34. *pernicies*] Φθόρος ἀργυρίου Theocrit. XV. 18.

— — — 51. *reddat*] adde *argentum.*

— — — 52 et 53. Hi verſus uncinis includendi et parentheſis habendi ſunt.

— — — 54. *nemo dabit*] ſcilicet argentum.

— II. 2. 7. *os praebui*] verberari me paſſus ſum.

— — — 30. *poſtulet*] Plaut. Mil. II. 5. 27. *Falſum nomen poſſidere Philocomaſium poſtulas:* ἀξιοῦν, δικαιοῦν, ſuſtinere, audere, dignum cenſere Valcken. ad Callim. fragmenta elegiar. p. 132. ſqq. ſimilia Ruhnken. ad Rutil. p. 134.

— — 3. 6. *artium*] virtutum.

— — 4. 13. *abſolvam*] Graeci διαλύειν v. Lennep. ad Phalar. 71. p. 219.

— III. 3. 42. *ſex totis menſibus*] Il. VII. 161. ἐννέα πάντες ἀνέσταν.

— IV. 4. 3. *animus timore obſtipuit*] Horat. Serm. II. 5. 92. *Stes capite obſtipo multum ſimilis metuenti.* cfer. Ern. ad Sueton. Tib. 68. *Obſtipus* eſt fixus, immobilis, rigidus, ſtipitis inſtar. cf. Voſſii etymol. lat. et Cic. Nat. Deor. II. 24.

— — 5. 2. *facite*] [Ita enim legit Schmieder, cuius margini Lenzius notas adſcripſit] Il. VII. 284. Ἰδαῖε — κελεύετε.

— — — 9. *erubuit*] videtur alteram partem vultus ſeu perſonae fuco tinctae oſtendere.

— 3. 40. *Quae*] ſigna.

HECYRA.

Prolog. alt. 25. *pugilum gloria*] Horat. epiſt. II. 1. 182.

Saepe etiam audacem fugat hoc terretque poetam
Quod numero plures virtute et honore minores
Indocti ſtolidique et depugnare parati
Si diſcordat eques, media inter carmina poſcunt
Aut urſum aut pugiles: his nam plebecula gaudet.

— 27. *ſtudium*] [Ita enim edidit Schmied. pro *ſtrepitus*] v. Heinſ. et Burmann. ad Ovid. Amor. III. 2. 67. *Cui ſtudeas video; vincet cuicunque favebis.*

Act. II. 3. 1. *edepol — inviſae viris*] v. Martini var. lection. p. 192.

Ad calcem: Calliopius recenſui] Auctor opuſculi *Oſſervazioni literarie de* 1794. ex ſcripto Coluccii Salutati de fato et fortuna profert, per Calliopium indicari monachum Anglum Alcuinum, quia in medio aevo poetae, nomine *Calliopii* vel *Calliopici* inſigniti fuerunt v. *Götting. gel. Anzeig.* 1795. Nr. 22. p. 216. [Sed iam Barthius Adverſar. VI. 20. putavit *Calliopium* non alium eſſe quam *Alcuinum* celeberrimum illum conſiliarium et amicum Caroli M. ſiquidem in codice MS. vitae Wilibrordi vocatur *Dominus Albinus Magiſter optimus Calliopicus* h. e. totus formatus a Calliope Muſisque. v. Fabr. Biblioth. med. et inf. aetat. v. Albinus. *B.*]

CORRIGENDA ET ADDENDA.

Pag. 12. nota 21) *pro* eſt *lege* pro eſt. *Extat enim* pro *in MS.*
P. 15. n. 61. *ante* illa meretrix *ſubintellige* (excludet) *quod ſupplementum ſenſus poſtulat.*
P. 19. in textu v. 15. *tranſpone* propter 30) *Nam numerus* 30) *penes vocem* hic *poni debet, cui convenit gloſſa* ſta.
— — in n. 21) *deeſt punctum . poſt* vel.
P. 22. in t. v. 43. *pro* quia *l.* quin *pro qua voce edit. habet* qui
— — *in dictatis voci* hariolor *praepone* 48.
P. 25. in t. v. 24. *pro* Tunc *l.* Nunc.
P. 28. in t. v. 3. *pro* qui *edit. habet* quid
P. 31. in n. 87) *pro* pauperculca *l.* paupercula.
P. 32. in t. v. 11. *pro* ſalvus *edit.* ſalvos
P. 39. in dict. *verbis* videre *praepone numerum* 30. *pro* locucio in nota ad v. 30. *l.* locutio.
P. 40. in t. v. 44. *pro* ſuam *l.* tuam
P. 41. in not. lin. 3. *pro* hunc *l.* hinc.
— — in n. 20) *pro* quo *ſenſu l.* quo ſenſu.
P. 47. in n. 90) *pro* die *l.* dic.
P. 51. in dict. ad v. 18 *pro* tum placidum *l.* tam placidum.
P. 57. v. 12. *pro* oſſicio *l.* officio.
P. 58. in t. *pro* AESCINUS *l.* AESCHINUS.
P. 74. in n. 49) *) *pro* omne et *l.* omne *et*.
P. 75. in dict. ad v. 34. *pro* veri *l.* queri.
P. 82. in t. v. 6. *pro* mihi *l.* hoc mihi.
P. 83. in t. v. 19. *pro* Dii *l.* GE. Dii.
— — in dict. *verbis* factum velle *praepone* 21.
P. 86. in t. v. 19. *pro* gravare *edit.* gravere.
P. 90 in n. *pro* 24) *altera vice* l. 25)
pro 25) *l.* 26) *et ſic in textu.*
pro 26) *l.* 26 a) *et ſic in textu.*
P. 95. l. 13. *pro audem* l. *autem.*
P. 103. in dict. ad v. 8. *ſpolies. pro* cum *l.* eum.
P. 106. dict. ad v. 29) *Deſcriptor Batavus erravit hic ut ſaepius, cuius tamen errores tacite et ſine iactantia aliis locis ſuſtulimus. Pro* Caſaub. ad Suet. in Ner. c. 26. *legendum eſt* Caſaubon. ad Athen. l. 14. pag. 731. *et graeca verba ſic emendanda* οὐχ ἕδρας ἔργον.
P. 114. in t. v. 21. *pro* 58) *l.* 38)
— — — v. 28. *pro* noſta *l.* noſtra.
P. 125. in n. *notae* *) et 60) *tranſponendae ſunt.*
P. 128. in t. v. 16. *poſt* ilico *dele* ,
P. 133. in t. v. 18. *pro* PAR. *altera vice* l. PAM.
P. 136. in t. v. 17. *poſt* iuſſi *deeſt interrogat. in edit.*
P. 138. in t. v. 41. *pro* Eum. *l.* Cum.
— — in n. *) *pro* ſanus *l.* ſatis.

P. 162. in t. v. 9. pro famae. *l.* famae,.
P. 163. in t. v. 26. *pro* 34) me *l.* me 34)
— — — v. 31. *pro* natam 41) *l.* 41) natam
P. 166. in n. dele 73 a) Pamphilus
P. 168. in dict ad v. 18. *pro* elegantium *l.* elegantiam.
P. 169. in dict. ad v. 20. *pro* iunctum *l.* iunctus.
P. 174. in t. v. 2. *pro* tradere *edit.* transdere.
— — — v. 6. *pro* fcipfit *l.* fcripfit.
P. 175. in dict. ad v. 11. *pro* minus multa *l.* minus multo.
P. 178. in dict. ad v. 15. *pro* initiabant *l.* initiabunt.
P. 179. in not. 97) *pro* Phedriam *l.* Phaedriam *et obferva femper per* ae *fcribi hoc nomen in edit.*
P. 180. in t. v. 16. *pro* nofter *l.* noftro.
— — — v. 20. GE. Defīnas. *pertinet ad* v. 19. *praecedent.*
P. 181. in t. v. 38. *pro* hoc *l.* haec.
P. 184. in t. v. 73. *pro* qui illum 62) *l.* qui 62) illum *ita ut gloffa* fecundum quod *explicet, vocabulum textuale* qui, *quod faepiffime per* quomodo *explicatur.* Secundum quod *igitur vult dicere* fecundum hanc hominis indolem *five* quia homo confidens i. e. audax eft.
P. 191. in t. v. 12. *pro* 54) *l.* 54 a) *atque ita etiam numerus mutandus eft in notis ante* providiffem.
— — in dict. ad v. 13. *convafaffem*] *poft* conrafiffet *adde* mutat.
P. 195. in not. 99. l. 6. *pro* conturiones *l.* centuriones.
P. 196. in not. 15) *breviffima eft haec nota atque ita circumfcribenda:* quando bonis affluunt, tum maxime meditari oportet, quo pacto adverfam aerumnam ferant, pericla, exilia, damna, dolum malum. *Sigla* D. M. *eodem modo hic explicanda eft ac fupra T. I. inter corrigenda etc. ad pag.* 17.
P. 197. in t. v. 29. *pro* GEO. *l.* GE. O
P. 198. in t. v. 32. *poft* factum *edit. et Bentl. addunt* me.
— — in not. *) et *fcribendum eft literis Italicis, quas vocant curfivas.*
P. 201. in t. v. 71. *poft* pacto *pone, Edit. omitt.* vel.
P. 203. in t. v. 5. *pro* PHE. *l.* PHO.
P. 207. in t. v. 3. *pro* ages? *edit.* age. ft.
P. 209. in not. 42. *pro* boc *l.* hoc.
— — — *) et *literis Italicis.*
P. 211. in t. v. 65. *pone fignum interrog. poft* eft.
— — — v. 67. *pro* amitteret *l.* ammitteret.
P. 214. in dict. l. 1. *pro* cofules *l.* confules.
P. 215. in t. v. 23. *pro* hinc *l.* hic.
P. 216. in t. v. 11. *pro* feci *edit.* fecit.
P. 218. in t. v. 11. mihi *ante* parens *edit. omitt.*
— — in t. v. 14. *pro* Adeon *l.* DO. Adeon.
P. 219. in t. v. 16. *pro* DO. *edit.* GE. *male ut videtur.*
— — — v. 17. *ante* Neque *pone* PHE.
P. 221. in not. 69) *pro* dixi *l.* dici.
— — — 72) *pro* ei *liter. Italic. l.* ei.
P. 223. v. 11. in t. *edit. interrogat.*
— — v. 12. in t. *pro* AM. *l.* AN.
— — v. 19. in t. *pro* ANT. *Edit.* GE. *usque ad* tamen *Sed praeferenda videtur lectio MS. qui fermonem a* Dii *usque ad* huic *Antiphoni tribuit.*
P. 230. in dict. ad v. 31. *pro* propitu *l.* propitii.

P. 239. in t. v. 12. *edit. interrogat.*
P. 240. in t. v. 5. *pro* Namque *l.* CH. Namque
— — — v. 16. *pro* Eſt *edit. ſt,*
P. 243. in not. *) *poſt* interrogat *adde: quia ſignum interrogationis poſuit poſt* iniuriam.
— — — 48) conuntur *quanquam ſic clare in MS corrige in* conantur *et poſt* pravitatem *ſupple* pervertere vel ſimile quid.
— — in dictat. ad v. 8. *pro* haec *lege* hoc.
P. 246. in not. 88) *pro* uxorem *l.* meam.
P. 252. in t. v. 11. *poſt* hunc *pone;*
P. 253. in t. v. 25. *poſt* ANT. l. Quamobrem? GETA.
— — in not. 52) n̄ *explicandum forte eſt* nomen. *Nota igitur indicat* myda *eſſe nomen proprium.*
P. 254. in t. v. 33. *pro* 54) *l.* 65)
P. 255. in t. v. 45. mihi *poſt* ſumma *delendum eſt.*
P. 256. in t. v. 12. *poſt* ita *edit. add.* ea *improb. Bentl.*
P. 264. in t. v. 23. *pro* Haeccine *edit.* Haecine.
— — — v. 31. *poſt* animo *edit. add.* hoc.

Terence
Comoediae sex; ed. by Bruns.

DATE.	NAME OF BORROWER.